C-1

Mam. case shelf
3139
Smith
37

REGNUM ANIMALE

IN

CLASSES IX.

DISTRIBUTUM,

SIVE

SYNOPSIS METHODICA

Sistens generalem *Animalium* distributionem in Classes IX, & duarum primarum Classium, *Quadrupedum* scilicet & *Cetaceorum*, particularem divisionem in Ordines, Sectiones, Genera & Species.

Cum brevi cujusque Speciei Descriptione, Citationibus Auctorum de iis tractantium, Nominibus eis ab ipsis & Nationibus impositis, Nominibusque vulgaribus.

A. D. BRISSON,

Historiæ Naturalis Musei Realmuriani Demonstratore, & Regiæ Scientiarum Academiæ Socio.

Editio altera auctior.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud THEODORUM HAAK,
MDCCLXII.

Charles Richmond.
Dec., 1912.



BIBLIOPOLA LECTORI.

Opus iſtud Cl. Briſsonii ante ſex annos Pariſiis impreſſum prodiit, forma quam dicunt in quarto, & Lingua latina ac Gallica exaratum. Cum autem in ipſo ordinem ſervatum ſequatur Vir. Cel. qui Hiſtoriam naturalem in noſtra Academia Lugduno-Batava docet, ubi de Quadrupedibus agit, illud denuo edendum curavi minori forma, ut facilius circumferri, ſicque magis inſervire commodis Studioſorum, qui huic ſtudio operam navant, poſſet. Idcirco Gallicum textum, ut pote ſcopo quem præ oculis habeo inutilem, omiſi. Verum in hac mea editione dantur deſcriptiones nonnullorum Animalium, quorum non meminit Auctor; ſed ne hæc additamenta,

ſi parum arrideant, ipſi tribuantur, illa ſemper inter haſce notas [ ]. repoſita ſunt. Additum eſt etiam ſignum iſtud †, nominibus quorumdum Animalium, quo ſignificatur Animalia iſthæc, vel horum partes maxime inſignes, in noſtræ Academiæ Muſeo ſervari.

Cæterum quum pergat Eruditiſſimus BRISSONIUS de Hiſtoria Naturali bene mereri, nuperque ediderit elegantiſſimum opus Ornithologicum, ſex Voluminibus in quarto conſtans, & hoc, benigne annuente Cel. Auctore, etiam prælo brevi ſubjiciam, forma hacce minori, atque in compendium redactum, ut eorumdem Juvenum, quibus prodeſſe ſtudeo, inſervire uſibus valeat. Dum ſic ipſis proſpiciam, exinde nihil detrahetur de pretio editionis Pariſinæ, quæ ſeſe commendat typorum elegantia, & tabularum eximie ſculptarum, quas omittam, pulchritudine.

E contrario exinde quantum interſit omnium illorum qui naturæ ſtudio delectantur, ut illam ſibi comparent, magis palam fiet.

PRÆ-

PRÆFATIO.

um per plures annos lautiſſimæ ſupellectilis rerum naturalium ab Illuſtri REALMURIO *confectæ, cura mihi fuerit demandata, hinc opportuna nata eſt occaſio plures obſervationes in Animalia inſtituendi, illa inter ſe conferendi, in quibus vel conveniunt vel diſcrepant penitius inſpiciendi. Quo effectum fuit ut cogitaverim de eis diſtribuendis juxta ordines diverſos ab illis qui hactenus obtinuerunt. Dum huic operi incumbebam; tantummodo ut me aptiorem redderem in ordinando muſeo cui eram præpoſitus, animus mihi erat; nec unquam, mihi parum fidens, methodicam hanc Animalium diſtributionem publici juris feciſſem, niſi ad id fuiſſem incitatus conſiliis Virorum eruditorum qui in hac conficienda opem tulerunt, & quod maximum reputo, niſi omnium Academiarum Celeberrima, illa ſcilicet quæ ſub Regis auſpiciis a ſcientiis nomen habet, illam approbare fuiſſet dignata.*

Totum Regnum Animale amplecti auſus, illud dividam in Claſſes, Claſſes vero dividam in Ordines, Ordines in Sectiones, Sectiones in Genera, Genera tandem in Species. Unicuique ex iſtis diviſionibus vel ſubdiviſionibus, apponetur nota characteriſtica ipſi propria. Prima deſignabit Claſſem, ſecunda Ordinem, tertia Sectionem vel Genus. Sectionem dico vel Genus, quoniam nonnulla ſunt Animalia, qualis eſt Rhinoceros, *quæ unicum componunt Ordinem, qui idcirco in Sectiones diſtribui nequit. Ubi iſtud obtinet, tertius character indicat Genus. Si vero Ordo in Sectiones dividatur, quartus character Genus deſignabit. Quod Species attinet, ſat habebo præcipua quibus inter ſe differunt breviter enarrare; has accuratius deſcripturus, ubi generalem, quam meditor, Muſei Realmuriani expoſitionem aggrediar.*

Ut igitur juxta noſtram Methodum Animal quodcunque non tantum ad ſuum Genus, ſed & ad genuinam ſuam Speciem referri poſſit, ad ſummum quinque ſunt obſervationes faciendæ. Offeratur verbi gratia Caſtor *homini, cui ſit prorſus incognitus, ipſius Speciem hic brevi determinabit. Nam primo quatuor pedes, & pili quibus corpus te-*

tegitur docent Animal illud pertinere ad primam Classem, Quadrupedum scilicet. Secundo dentes incisores duo, quibus utraque maxilla est instructa, ac digiti unguiculati, indicant hujusce Classis Ordinem XII. *Tertio dentium caninorum absentia, & corpus aculeis destitutum significant hujus Ordinis Sectionem secundam. Quarto cauda plana & squamosa designat Genus* XXI. *Quinto tandem eadem cauda horizontaliter plana determinat Speciem quæ* Castoris *nomen præ se gerit. Quod de hoc Animali dictum, de aliis omnibus est intelligendum.*

Quantum licuit notas characteristicas simplices, facileque intelligendas adhibui, ne nimia complexio in errorem detruderet. Optimas tamen me semper elegisse non confido, & qui præstantiores suppeditabunt, de me bene merebuntur, & quæ minus accurate scripsi, lubens corrigam.

*Vix necesse est ut moneam me non vidisse omnes Animalium Species, de quibus in hocce opere mentio fit. Quas propriis oculis examinare mihi fuit concessum, descripsi quantum potui accuratissime, hasque designavi duplici hac nota **, unicam vero tantum apposui * illis, quarum partem tantummodo, ex qua characteres desumsi, vidi.*

De-

Deſcriptiones vero alias quæ nulla notâ inſigniuntur, hauſi ex Auctoribus in hoc opere laudatis, illosque ſemper antepoſui qui Animal de quo agitur ſe vidiſſe affirmant.

Primum hoc Volumen ſolas duas primas Claſſes, Quadrupedum ſcilicet & Cetaceorum, continebit, alias quantocius explanaturus, ſi boni conſulant hæc mea prima conamina illi qui Hiſtoria naturali delectantur, & quibus prodeſſe allaboravi.

REGNUM ANIMALE

IN CLASSES IX.

DISTRIBUTUM.

ANTEQUAM characteres uniuscujusque claſſis enumeremus, obſervandæ ſunt rationes ob quas in hoc ordine claſſes iſtas reponimus. Agemus primo de Animalibus, quæ majorem habent cum homine analogiam: & deinde de Animalibus, quæ ab iſta analogia magis recedunt. Inter Animalia, alia, hominis modo, ſunt *Sanguinea;* id eſt, liquor rubicundus circulari & indeſinenti motu per ipſorum arterias & venas fluit, cui liquori rubicundo *Sanguinis* nomen inditum eſt: alia vero ſunt *Exanguia;* id eſt, liquore illo rubicundo omnino carent. Inter *Sanguinea*, alia *Pulmonibus* ut homo; alia *Branchiis* ſpirant. Ex iſtis quæ *Pulmonibus* ſpirant, alia, ut homo, *duobus* gaudent in corde *Ventriculis:* alia vero *unico* tantum donantur. Inter Animalia quæ *duos* habent in corde *Ventriculos*, alia, ut homo, ſunt *Vivipara;* id eſt, *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt: alia ſunt *Ovipara.* Inter *Vivipara*, alia, ut homo,

mo, corpus habent *pilosum*, saltem in aliqua sui parte, & *quatuor* donantur *pedibus*, manibus & pedibus hominis respondentibus: alia vero corpus habent *nudum*, & *pilis* destitutum, *pinnisque carnosis*, pedum loco, prædita sunt.

In prima classe continentur ea quæ in *quinque* illis capitibus cum homine conveniunt; id est, quæ, sicut homo, sunt *sanguinea*; *pulmonibus* spirant; *duobus* gaudent in corde *Ventriculis*; *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt; & corpus habent *pilosum*, saltem in aliqua sui parte, & *quatuor* donantur *pedibus*, manibus & pedibus hominis respondentibus.

In secunda continentur ea, quæ in *quatuor* tantum primis capitibus cum homine conveniunt; id est, quæ, sicut homo, sunt *sanguinea*; *pulmonibus* spirant; *duos* habent in corde *ventriculos*; & *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt: quæ vero ab homine discrepant, in eo quod corpus habeant *nudum*, & *pilis* destitutum, *pinnisque carnosis*, pedum loco, prædita sint.

In tertia continentur ea, quæ in *tribus* tantum primis capitibus cum homine conveniunt; id est, quæ, sicut homo, sunt *sanguinea*; *pulmonibus* spirant; & *duos* habent in corde *ventriculos*: quæ vero ab homine differunt, in eo quod sint *ovipara*.

In quarta continentur ea, quæ in duobus tantum primis capitibus cum homine conveniunt; id est, quæ, sicut homo, sunt *sanguinea*; & *pulmonibus* spirant: quæ vero ab homine discrepant, in eo quod *unicum* habeant in corde *ventriculum*.

In quinta & sexta continentur ea, quæ in *primo* tantum capite cum homine conveniunt; id est, quæ, sicut homo, sunt *sanguinea*: quæ vero ab homine discrepant, in eo quod *branchiis* spirent.

In tribus ultimis classibus continentur ea, quæ in nullis ex istis *quinque* capitibus cum homine conveniunt.

Di-

Dividitur ergo *Regnum animale* in classes novem.

In prima classe continentur Animalia, quæ corpus habent *pilosum*, saltem in aliqua sui parte: & *pedes quatuor*. Omnia ista, ut supra notavi, sunt *sanguinea: pulmonibus* spirant: *duobus* gaudent in corde *ventriculis:* eorumque fœminæ *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt. QUADRUPEDA vocantur

In secunda classe continentur ea, quæ corpus habent *nudum* & *elongatum*: *pinnas carnosas*: & caudam *horizontaliter planam*. Omnia ista, sicut & præcedentia, sunt *sanguinea: pulmonibus* spirant: *duobus* gaudent in corde *ventriculis:* eorumque fœminæ *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt. CETACEA nominantur. Perpetuo in mari degunt.

In tertia continentur ea, quæ corpus habent *pennis* tectum: *rostrum corneum: alas duas:* & *pedes duos*. Omnia ista sunt sanguinea: *pulmonibus* spirant: *duos* habent in corde *ventriculos:* eorumque fœminæ sunt *oviparæ:* AVIUM nomine donantur.

In quarta continentur ea, quæ, vel habent corpus *nudum*, & *pedes quatuor:* vel corpus *squamosum*, & *pedes* vel *quatuor*, vel *nullos:* quæque *pulmonibus* spirant. Omnia ista sunt *sanguinea:* & *unico* in corde *ventriculo* donantur. Horum fœminæ quædam sunt *viviparæ:* aliæ sunt *oviparæ*. Omnes tamen *ova* concipiunt, quorum incubatio fit intra corpus in quibusdam fœminis; quæ idcirco *vivos* fœtus pariunt: in aliis vero fœminis incubatio fit extra corpus. Omnia hujus classis Animalia *repunt;* quamobrem ea REPTILIA vocavi.

In quinta continentur ea quæ *pinnas* habent *cartilagineas:* quæque per *foramina* ad *branchias* aperta spirant. Omnia hujus classis Animalia sunt *sanguinea:* & perpetuo in aqua vitam agunt. Ipsorum fœminæ quædam sunt *viviparæ;* aliæ vero *oviparæ*. Omnes tamen *ova* concipiunt, quorum incubatio fit intra corpus in quibusdam fœminis, quæ deinde *vi-*

vos fœtus pariunt: in aliis vero fœminis incubatio fit extra corpus. PISCES CARTILAGINEI vocantur.

In sexta continentur ea, quæ *pinnas* habent *officulis constantes:* quæque *branchiis tegmine mobili*, *partibus osseis constante*, coopertis spirant. Omnia ista, sicut & præcedentia, sunt *sanguinea*; perpetuoque in aqua degunt. Fœminæ eorum fere omnes sunt *oviparæ*. *Ova* concipiunt valde exigua, quæ gallice *frais* vocantur. Hujus classis Animalia, PISCES PROPRIE DICTOS nominavi.

In septima continentur ea, quæ caput habent *antennis* instructum: & *pedes octo*, vel plures. Corpus ipsorum tegitur tegmine *mutabili*; id est, tegmine, quod, cum, incremento corporis, ad illud continendum fit strictius, naturaliter a corpore avellitur, supra quod corpus novum producitur tegmen: quod gallice dicitur, *changer de peau*. Hujus classis Animalia CRUSTACEA vocantur.

In octava continentur omnia Animalia, quæ, antequam perveniant ad ultimum incrementum, diversas *formas* induunt; id est, quæ sub una nascuntur forma, diversa ab illis quas postea induere debent. Speciem suam multiplicare nequeunt, nisi post ultimam *metamorphosim*, post ultimam *formam* indutam. Omnia ista Animalia ante ultimam *metamorphosim*, *plura* habent *stigmata*, aut respirationis organa: & post ultimam *metamorphosim*, caput habent *antennis* instructum: & *pedes sex*, nec ultra. Tegmen habent *mutabile*, sicut & CRUSTACEA: attamen fere omnia tegmen non mutant, nisi ante ultimam *formam* indutam: pauca vero sunt quæ post ultimam *metamorphosim* tegmen mutent. Sola ista Animalia INSECTORUM nomine donavi.

In nona & ultima classe continentur Animalia, quæ corpus habent *retractibile*, aut saltem corporis aliquam partem *retractibilem;* id est, quorum corpus, aut saltem corporis aliqua pars sponte contrahi, aut ex-

extendi poteſt: quæque nec *antennas* habent, nec *pedes*, nec *ſtigmata*. Hujus claſſis Animalia VERMES dicuntur.

CLASSIUM characteres.

CLASSIS I.
QUADRUPEDA.

Horum character eſt
Corpus piloſum, ſaltem in aliqua ſui parte:
Et pedes quatuor.

CLASSIS II.
CETACEA.

Horum character eſt
Corpus nudum & elongatum:
Pinnæ carnoſæ:
Cauda horizontaliter plana.

CLASSIS III.
AVES.

Harum character eſt
Corpus plumis tectum:
Roſtrum corneum:
Alæ duæ:
Pedes duo.

CLASSIS IV.
REPTILIA.

Horum character eſt
Vel corpus nudum:
Et pedes quatuor;
Vel corpus ſquamoſum:
Et pedes vel quatuor, vel nulli;
Et pulmonibus ſpirare.

CLASSIS V.
PISCES Cartilaginei.

Horum character eſt
Pinnæ cartilagineæ:
Et per foramina ad branchias aperta ſpirare.

CLASSIS VI.
PISCES proprie dicti.

Horum character eſt
Pinnæ oſſiculis conſtantes:
Et branchiis, tegmine mobili, partibus oſſeis conſtante, coöpertis ſpirare.

CLASSIS VII.
CRUSTACEA.

Horum character eſt
Caput antennis inſtructum:
Et pedes octo & ultra.

CLASSIS VIII.
INSECTA.

Horum character eſt
Ante ultimam metamorphoſim, plura ſtigmata, aut reſpirationis organa;
Et poſt ultimam metamorphoſim,
Caput antennis inſtructum:
Et pedes ſex.

CLASSIS IX.
VERMES.

Horum character eſt
Corpus retractibile, aut ſaltem corporis aliqua pars retractibilis:
Nec antennæ:
Nec pedes:
Nec ſtigmata.

CLAS-

CLASSIS I.

QUADRUPEDA.

REGNUM ANIMALE.

CLASSIS I.

QUADRUPEDA.

HORUM character eſt
Corpus piloſum, ſaltem in aliqua ſui parte:
Et pedes quatuor.

Omnia QUADRUPEDA ſunt *ſanguinea*: *pulmonibus* ſpirant: *duos* habent in corde *ventriculos*: eorumque fœminæ *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt.

Quædam ſunt edentula, ut *Myrmecophaga*, &c. Alia omnia ſunt dentata. Inter dentata, alia dentes habent tantummodo *molares* (1), ut *Tardigradus*, &c. Alia dentes *molares* & *caninos* (2), ut *Elephas*, &c. alia denique dentes habent *inciſores* (3). Horum ultimorum alia dentes habent *inciſores* in maxilla inferiore tantum: alia in maxilla utraque. Inter prima iſta, alia dentes habent *inciſores* in maxilla inferiore ſex, ut *Camelus:* alia dentes habent *inciſores* in maxilla inferiore octo, ut *Bos*, *Cervus*, &c. Horum quæ dentes habent *inciſores* in maxilla utraque, alia pedibus *ſolidungulis* (4) donantur, ut *Equus:* alia pedi-

(1) *Dentes molares* vocantur iſti, qui poſteriorem Maxillæ partem occupant.

(2) *Dentes canini* dicuntur, qui *molares* inter & *inciſores* ſiti ſunt. Hi plerumque ſunt acuti.

(3) *Dentes inciſores* nuncupantur, qui anteriorem maxillæ partem obtinent.

(4) *Pedes ſolidunguli* ſunt iſti, quorum extremitas *ungula* ſolida undique circumdatur.

pedibus *bifulcis* (1), ut *Sus:* alia pedibus *terungulatis* (2) antice & poſtice, ut *Rhinoceros:* alia pedibus *quaterungulatis* antice, *terungulatis* poſtice: inter quæ alia dentes habent *inciſores* in utraque maxilla duo tantum, ut *Hydrochœrus:* alia vero decem habent dentes *inciſores* in utraque maxilla, ut *Tapirus:* alia pedibus donantur *quaterungulatis* antice & poſtice, ut *Hippopotamus:* alia tandem digitis *unguiculatis* (3) prædita ſunt. Inter illa quæ digitos habent *unguiculatos*, alia dentes habent *inciſores* in utraque Maxilla duo tantum, ut *Hyſtrix*, *Lepus*, *Mus*, &c. alia dentes *inciſores* in utraque Maxilla quatuor, ut *Simia* &c. alia dentes *inciſores* in maxilla ſuperiore quatuor, in inferiore ſex, ut *Proſimia* &c. alia dentes *inciſores* in Maxilla ſuperiore ſex, in inferiore quatuor, ut *Phoca:* alia dentes *inciſores* in utraque maxilla ſex, ut *Canis*, *Felis*, *Lutra*, &c. alia dentes *inciſores* in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore octo, ut *Talpa:* alia denique dentes *inciſores* in maxilla ſuperiore decem: in inferiore octo, ut *Philander.*

In decem & octo ordines dividuntur.

In primo Ordine continentur ea quæ ſunt edentula.

In ſecundo, ea quæ dentes tantum *molares* habent.

In tertio, ea quæ dentes habent tantummodo *molares* & *caninos.*

In quarto, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla ſuperiore nullos, in inferiore ſex: quæ omnia ſunt *ruminantia*, & duobus digitis *unguiculatis* in ſingulis pedibus donantur.

In quinto, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla

(1) *Pedes bifulci* dicuntur, qui quatuor habent digitos *ungulatos*, quique duobus tantum digitis incedunt.

(2) *Pedes ungulati* vocantur illi, quorum extremitas digitorum *ungula* undique circumdatur, quique ungulis ipſis incedunt.

(3) *Digiti unguiculati* illi ſunt, quorum extremitas ungue co perta eſt in parte ſuperiore, & nuda, aut pilis tantummodo tecta, in parte inferiore.

xilla ſuperiore nullos, in inferiore octo. Omnia iſta ſunt *ruminantia*, & pedibus *biſulcis* donantur.

In ſexto, ea quæ dentes *inciſores* in utraque maxilla, & pedes *ſolidungulos* habent.

In ſeptimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla; & pedibus *biſulcis* donantur.

In octavo, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla; & digitos tres *ungulatos* in ſingulis pedibus.

In nono, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla duos; & digitos *ungulatos* quatuor in pedibus anticis, & tres in poſticis.

In decimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla decem; & digitis *ungulatis* quatuor in pedibus anticis, & tribus in poſticis donantur.

In undecimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla; & digitos *ungulatos* quatuor in ſingulis pedibus.

In duodecimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla duos; & digitis *unguiculatis* prædita ſunt.

In decimo tertio, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla quatuor, & digitis donantur *unguiculatis*.

In decimo quarto, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla ſuperiore quatuor, in inferiore ſex; & digitis *unguiculatis* donantur.

In decimo quinto, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore quatuor; & digitis *unguiculatis* prædita ſunt.

In decimo ſexto, ea quæ dentes habent *inciſores* in utraque maxilla ſex; & digitis *unguiculatis* donantur.

In decimo ſeptimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore octo; & digitis donantur *unguiculatis*.

In decimo octavo & ultimo, ea quæ dentes habent *inciſores* in maxilla ſuperiore decem, in inferiore octo; & digitis *unguiculatis* prædita ſunt.

TA-

TABULA *Synoptica* QUADRUPEDUM *ſecundum Ordines, Sectiones & Genera.*

QUADRUPEDA ſunt

- Edentula . . . ORDO I.
  - Corpore piloſo. . . *Myrmecophaga.* 1. . . *Sectio* I.
  - Corpore ſquamoſo. . . *Pholidotus.* 2. . . *Sectio* II.
- Dentata;
  - Dentibus molaribus tantum. . . ORDO II.
    - Corpore piloſo. . . *Tardigradus.* 3. . . *Sectio* I.
    - Corpore cataphracto. . . *Cataphractus.* 4. *Sectio* II.
  - Dentibus molaribus & caninis. . . ORDO III.
    - Duobus dentibus caninis maxillæ ſuperiori affixis, longiſſimis, ſurſum recurvis; proboſcide longiſſima flexibili. . . *Elephas.* 5.
    - Duobus dentibus caninis maxillæ ſuperiori affixis, longiſſimis, deorſum incurvis; proboſcide nulla. . . *Odobenus.* 6.
  - Dentibus inciſoribus,
    - In inferiore maxilla tantum,
      - Sex. . . *Camelus.* 7. ORDO IV.
      - Octo. . . ORDO V.
        - Cornibus ſimplicibus. . . *Sectio* I.
        - Cornibus ramoſis. . . *Cervus.* 12. . . *Sectio* II.
        - Cornibus nullis. . . *Tragulus.* 13. . . *Sectio* III.
          - Surſum verſis:
            - Femoribus anticis longioribus. . . *Giraffa.* 8.
            - Femoribus æqualibus. . . *Hircus.* 9.
          - Retrorſum verſis. . . *Aries.* 10.
          - Ad latera verſis. . . *Bos.* 11.
    - In utraque maxilla:
      - Pedibus ſolidungulis. . . *Equus.* 14. ORDO VI.
      - Pedibus biſulcis. *Sus.* 15. . . ORDO VII.
      - Pedibus terungulatis antice & poſtice. . . *Rhinoceros.* 16. . . ORDO VIII.
      - Pedibus quaterungulatis antice, terungulatis poſtice: dentibus inciſoribus,
        - Duobus ſupra, totidem infra. . . *Hydrochærus.* 17. . . ORDO IX.
        - Decem ſupra, totidem infra. . . *Tapirus.* 18. . . ORDO X.
      - Pedibus quaterungulatis antice & poſtice. . , *Hippopotamus.* 19. ORDO XI.
      - Pedibus unguiculatis: dentibus inciſoribus,

Duobus

Duobus ſupra, totidem infra. . . ORDO XII.
Caninis nullis:
Corpore aculeato. . . *Hyſtrix.* 20. . . *Sectio* I.
Corpore aculeis deſtituto. . . *Sectio* II.
Cauda plana, ſquamoſa. . . *Caſtor.* 21.
Cauda breviſſima vel nulla:
Auriculis longis. . . *Lepus.* 22.
Auriculis brevibus vel nullis.. *Cuniculus.* 23.
Cauda longa, veſtita pilis ita diſpoſitis ut caudam planam efficiant. . . *Sciurus.* 24.
Cauda longa, veſtita pilis ita diſpoſitis ut caudam rotundam efficiant. . . *Glis.* 25.
Cauda nuda, aut raris pilis obſita. . . *Mus.* 26.
Caninis præſentibus:
Corpore aculeis deſtituto. . . *Muſaraneus.* 27... *Sectio* III.
Corpore aculeato. . . *Erinaceus.* 28. . . *Sectio* IV.
Quatuor ſupra, totidem infra. . . ORDO XIII.
Digitis omnibus a ſe invicem ſeparatis. . . *Simia.* 29. . . *Sectio* I.
Digitis pedum anteriorum membrana, in alas expanſa, inter ſe connexis. . . *Pteropus.* 30. . . *Sectio* II.
Quatuor ſupra, ſex infra. . . ORDO XIV.
Digitis omnibus a ſe invicem ſeparatis. . . *Proſtimia.* 31. . . *Sectio* I.
Digitis pedum anteriorum membrana, in alas expanſa, inter ſe connexis. . . *Veſpertilio.* 32. . . *Sectio* II.
Sex ſupra, quatuor infra. . . *Phoca.* 33. . . ORDO XV.
Sex ſupra, totidem infra. . . ORDO XVI.
Digitis a ſe invicem ſeparatis. . . *Sectio* I.
Digitis quatuor ante, quinque poſtice. . . *Hyæna.* 34.
Digitis quinque ante, quatuor poſtice. . . *Canis.* 35.
Digitis quinque ante, totidem poſtice:
Pollice ab aliis digitis remoto. . . *Muſtela.* 36.
Pollice aliis digitis proximo. . . *Meles.* 37.
Pedibus calcaneis incedentibus. *Urſus.* 38.
Unguibus hamatis & retractilibus. . . *Felis.* 39.
Digitis membranis inter ſe connexis... *Lutra.* 40...
Sectio II.
Sex ſupra, octo infra. . . *Talpa.* 41... ORDO XVII.
Decem ſupra, octo infra. . . *Philander.* 42. . . ORDO XVIII.

ORDO I.

QUADRUPEDA Edentula.

HUJUS Ordinis QUADRUPEDUM alia ſunt corpore *pilis* veſtito; alia corpore *ſquamis* magnis, pilis quibusdam intermixtis, tecto. Ratione tegminis dividuntur in duas Sectiones; in unaquaque eſt unicum Genus. Prima continet ea quorum corpus *pilis* tegitur, quæ Formicis veſcuntur, quæque ideo *Myrmecophagarum* nomine donantur. Secunda, ea quorum *ſquamæ* magnæ, pilis quibusdam intermixtis, corpus cooperiunt, quæque ideo *Pholidoti* dicuntur.

Obſ. Omnia hujus Ordinis QUADRUPEDA lingua cilindracea, longiſſima, quamque, *Picorum avium* modo, longiſſime extra os exſerunt, donantur. Ope hujus linguæ Formicas, quibus veſcuntur, arripiunt.

SECTIO I.

Ea quæ ſunt corpore piloſo.

In hac Sectione unicum continetur Genus, ſcilicet *Myrmecophagarum.*

I. *Genus Myrmecophagæ.*

Hujus character eſt
Dentes nulli:
Corpus piloſum.

Obſ. Hujus generis QUADRUPEDUM alia ſunt roſtro longiſſimo, alia roſtro multo breviori. Omnibus os parvum.

** 1. MYR-

** 1. MYRMECOPHAGA TAMANOIR dicta. †

Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda longiſſimis pilis veſtita. . . . LE FOURMILLER TAMANOIR.

Myrmecophaga manibus tridactylis, plantis pentadactylis. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 15. ſp.* 1. Tamandua-Guacu; i. e. Myrmecophaga omnium maxima. *Klein. Quadr. p. 45. n°. 1. Fig. T. 5. (Fig. mala) peccat in eo quod caput & collum nimis elongata ſunt, & roſtrum informe (a).* Myrmecophaga, ſive Tamendoa. *Euſ. Nieremb. p.* 190. Tamandua-Guacu Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 241. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 225. *(Fig. bona). Charlet. exerci. p.* 17. Tamandua-Guacu. *Jonſt. Quadr. p. 95. Fig. T. 62. (Fig. bona).* Tamandua-Guacu, ſive major. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. pag.* 320. *(Fig. bona).* Tamandua major cauda panniculata. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 162. Tamandua. *Joan. de Laet p.* 551. Urſus Formicarius, Cardani. *Raj.* Mange-Fourmis, ou Renard Ameriquain. *Des March. T.* III. *p.* 307. Cochon de terre. *Kolbe. Tome* III. *p.* 43. *Les Congois l'appellent* UMBULU. *Marcgr. Charlet. Les Suédois*, MYRBIÖRN. *Linn. Les Hollandois*, MIEREN-EETER. *Klein. Les Anglois*, GREAT-ANT-BEAR. *Raj. Les François de la Guiane*, GROS MANGEUR DE FOURMIS. *Barr. Les Guianois*, OUARIRI. *Barr.*

Longitudo, ab extremitate caudæ, ad extremitatem oris, 6½ pedum; ſcilicet caput ſimul cum promuſcide 14 pollicum; collum 4 pollicum; corpus ad caudæ initium 2½ pedum, & cauda totidem. Crura poſteriora unum pedem longa, anteriora paulo longiora, pedes anteriores in 4, poſteriores in 5 digitos, longis unguibus munitos diviſi, duobus mediis anterioribus maximis; roſtrum longiſſimum; oris rictus minimus; auriculæ breves & ſubrotundæ; oculi parvi; cauda longiſſimis pilis veſtita; omnes pili

(a) Cl. Klein, ſpeciem iſtam eamdem eſſe putavit quam Seba delineavit Vol. I. T. 40. Fig. 1. ſub iſto nomine *Tamandua-Guacu Braſilienſis*, quæ tertia eſt hujus generis ſpecies.

pili ejus (quod maxime ſingulare) ſunt plani, longitudine minores in parte corporis anteriore, quam in poſteriore; in collo & capite antrorſum verſi apparent. Omnes ex albo & nigro varii, verſus poſteriora tamen magis nigreſcentes. Per pectus ad latera in dorſum, usque ad mediam longitudinem, linea protenditur nigra. Poſteriora crura nigris, anteriora albis pilis veſtiuntur, & in quolibet verſus pedem macula eſt nigra. Myrmecophagarum omnium ſpecies maxima eſt. Habitat in *Capite Bonæ Spei*, *Guiana*, & *Braſilia*.

Obſ. Cauda ſua, in dorſum reflexa, ſe tegit & inumbrat.

2. MYRMECOPHAGA. †

Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda fere nuda.... LE FOURMILLER.

Myrmecophaga manibus tetradactylis, plantis pentadactylis. *Linn. Siſt. nat. ed. 6. g.* 15. *ſp.* 3. Tamandua-I, Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 242. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 225. *Fig. p.* 226. (*Figura bona*). Tamandua Americana minor. *Klein. Quadr. p.* 46. Tamandua-I. *Jonſt. Quadr. p.* 95. *Fig. T.* 62. (*Fig. bona*). *Charlet. exerc. p.* 17. Tamandua-Miri. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 321. (*Fig. bona*). Tamandua minor cinerea. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 162. Tamandua Formicis veſcens Americana minor. *Seb.* II. *p.* 48. *Fig. T.* 47. *Fig.* 2. (*Fig. bona*). *Les Anglois l'appellent*, LESSER ANT-BEAR. *Raj. Les François de la Guiane*, MANGEUR DE FOURMIS. *Barr.*

Præcedentis dimidiam magnitudinem non attingit. Sicut in eo, pedes anteriores 4 digitis, poſteriores 5 donati ſunt; roſtrum longiſſimum; oris rictus minimus; auriculæ breves & ſubrotundæ; oculi parvi; caput, crura, pedes, cauda, & tota corporis pars anterior ex albo flaveſcunt; poſterior vero ex ruſſo fuſca eſt. Per pectus ad latera in dorſum

ſum usque ad mediam longitudinem protenditur linea etiam ex ruſſo fuſca. Cauda fere nuda eſt; per hoc, ita & per magnitudinem, & pilorum brevitatem a præcedente differt. Habitat in *Guiana* & *Braſilia.*

3. Myrmecophaga minor. (*a*).

Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tridactylis, poſticis pentadactylis, auriculis longis, flaccidis.... Le Fourmiller aux longues Oreilles.

Tamandua-Guacu, Braſilienſis, ſeu Urſa formicaria. *Seba Vol.* I. *p.* 65. *Fig. T.* 40. *F.* 1.

Pedes anteriores in 3 digitos, poſteriores in 5 ſunt diviſi. Unguis medius pedum anteriorum aliis multo major; roſtrum longiſſimum; oris rictus parvus; auriculæ longæ flaccidæ; oculi ſat magni; cauda longa & in acumen deſinens, ſuperne dilute fulva; corpus longis pilis ſuperne dilute ſpadiceis, inferne vero magis ruffis, veſtitur. Habitat in *India Occidentali.*

Seba, *Vol.* I *T.* 37. *F.* 1. aliam delineavit quæ ab iſta non differt, niſi magnitudine, qua ei cedit, & colore qui helvus eſt. Iſtius ſpeciei juniorem eam puto. *Klein. Quadr.* p. 46. n°. 2. eam deſcripſit ſub nomine *Tamandua-J. Braſil.*

** 4. Myrmecophaga minima. †

Myrmecophaga roſtro brevi, pedibus anticis didactylis, poſticis tetradactylis.... Le Petit Fourmiller.

Myrmecophaga manibus didactylis, plantis tetradactylis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 15. *ſp.* 2. Tamandua alba, altera, ſeu Coati. *Klein. Quadr. p.* 46. *no.* 3. Tamandua, ſeu Coati Americana alba altera. *Seba Vol.* I. *p.* 60.

(*a*) Cl. Klein, ut ſupra notavi, hujus generis ſpeciem primam hanc eſſe putavit.

p. 60. Fig. T. 37. F. 3. (Fig. bona). Peccat tamen in eo quod digitus unicus in pedibus anterioribus repræsentetur. Tamandua minor flavescens. *Barr. Hist. Fr. Eq. p. 163. Les François de la Guiane l'appellent* PETIT MANGEUR DE FOURMIS. *Barr. Les Guianois*, OUATIRIOUAOU. *Barr. Les Ethiopiens de Surinam*, COATY. *Seba.*

Hæc est minima species. Longitudo totius corporis, ab extremitate caudæ ad extremitatem oris, circiter 15 pollicum. Cauda corpore simul cum capite longior; collum brevissimum; pedes anteriores in 2 digitos, posteriores in 4 sunt divisi. Unguis exterior pedum anteriorum maximus. Rostrum brevius; oris rictus amplior, quam in præcedentibus; auriculæ parvæ; oculi sat magni. Color totius corporis ex albo flavescit, cum griseo admixto. Pili omnes, sericei modo, ad tactum mollissimi sunt. Habitat in *Guiana.*

SECTIO II.

Ea quæ sunt corpore squamoso.

In hac Sectione, sicut in præcedenti, unicum est genus, scilicet *Pholidoti.*

II. *Genus Pholidoti.*

Hujus character est
Dentes nulli:
Corpus squamosum.

** 1. PHOLIDOTUS. †

Pholidotus pedibus anticis & posticis pentadactylis, squamis subrotundis.... LE PHOLIDOTE.

Manis manibus pentadactylis, palmis pentadactylis. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 16. sp. 1.* Tatu Mustelinus: Armodillus squamatus major Ceylanicus, seu *Diabolus Tajovanicus* dictus. *Klein. Quadr. p. 47.* Armodillus, squamatus, Major, Ceylanicus, seu *Diabolus Tajova-*

jovanicus dictus. *Seba Vol.* 1. *p.* 88. *Fig. T.* 54. *F.* 1. *Pullus Fig. T.* 53. *F.* 5. (*Fig. bonis*). Lacertus Indicus Squamosus. *Bont. Ind. Ori. Fig. p.* 60. (*Fig. sat bona*). Lacertus Squamosus minor setulis asperſis. *Gaz. Pet. Fig. T.* 20. *F.* 12. (*Fig. bona*). Lézard Ecaillé. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 3. *p.* 87. *Fig. Planc.* 17. (*Fig. bonne, excepté la tête qui eſt mal faite*). *Les François l'appellent* LEZARD ECAILLEUX; DIABLE DE JAVA. *Les Eſpagnols*, ARMODILLO. *Seba. Les Habitans de Java & les autres Peuples Orientaux*, PANGGOELING. *Seba. Les Braſiliens*, TATOE. *Seba.*

Longitudo totius corporis trium circiter aut 4 pedum. Secundum *Sebam* ſunt qui ultra 6 pedes longi ſunt. Collum non apparet; cauda corporis ſimul cum capite longitudinem æquat; in ſingulis pedibus ſunt 5 digiti magnis unguibus muniti, intermediis maximis. Caput oblongum; roſtrum & oris rictus minimus; auriculæ parvæ. Caput infra & ad latera, corporis infima pars, & crurum pars interior teguntur cute molli pilis quibusdam præ lita. Vertex, pars ſuperior corporis & crurum, & cauda ſuperne & inferne teguntur ſquamis magnis, rotundatis, ſtriatis, ruffis, pilis quibusdam craſſis, etiam ruffis, intermixtis. Squamæ verticis aliis multo minores ſunt. Juniorum ſquamæ flaveſcunt; adultiorum rufeſcunt, & tandem in ſenio magis, magisque ſaturantur. In globoſam quaſi pilam ſe ſe contrahere poteſt, capite & cauda tantopere ventrem verſus adductis, ut nihil eorum conſpici queat. Habitat in *Braſilia*, & *Inſulis Ceylonenſi*, *Java*, & *Formoſa*.

** 2. PHOLIDOTUS LONGICAUDATUS. †

Pholidotus pedibus anticis & poſticis tetradactylis, ſquamis mucronatis, cauda longiſſima.... LE PHOLIDOTE A LONGUE QUEUE.

Lacertus ſquamoſus peregrinus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 274. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 374. (*Fig. bon.*) *Muſ. Beſl. p.* 36. *Fig. T.* 11. (*Fig. bona.*) Lacerta Indica Yvannæ congener. *Aldro. Quadr. Dig. Ovi. p.* 668. *Fig. p.*

667. (*Fig. ſat bona*). Lézard de Cluſius. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. Part.* 3. *p.* 89. Lézard des Indes Orientales. *Hiſt. de l'Acad. an.* 1703. *p.* 39. *Les Indiens Orientaux, l'appellent* PHATAGEN. *Hiſt. de l'Acad. Les Portugais du Bréſil*, BICHO VERGONHOSO. *Beſl. Les Habitans de l'Iſle de Formoſe*, DIABLE DE TAJOAN. *Beſl.*

Longitudo corporis, ab extremitate oris ad extremitatem caudæ, 3 pedum & 10 pollicum. Cauda 2½ pedes longa. Pedes ſinguli in 4 digitos, unguibus præditos, dividuntur. Unguis ſecundus pedis anterioris aliis multo major; ungues poſteriorum pedum minores: anteriora crura poſterioribus paulo breviora; caput infra & ad latera, corporis pars infima, anteriora crura, & poſteriorum crurum pars interior teguntur cute molli pilis quibusdam nigris prædita. Vertex, pars ſuperior corporis & crurum poſteriorum, & cauda ſupra & infra teguntur ſquamis magnis, latis, ſtriatis, & mucronatis; ſquamæ verticis aliis multo minores ſunt; & ſquamæ caudæ ſenſim verſus ejus extremum procedendo minuuntur. Habitat in *Inſula Formoſa* & *Braſilia.*

ORDO II.

QUADRUPEDA Dentibus molaribus tantum donata.

In hoc Ordine, ſicut in præcedenti, duo tantum ſunt genera QUADRUPEDUM, quæ ratione tegminis in duas Sectiones dividuntur: alia enim ſunt corpore *piloſo*, alia corpore quaſi cataphracto, vel tegmine oſſeo tecto. Prima Sectio continet ea quorum corpus *pilis* tegitur, quæque ratione tardi progreſſus, *Tardigradi* vocantur. Secunda continet ea quorum corpus tegmine oſſeo tegitur, quæque *Cataphracti* dicuntur.

SECTIO

SECTIO I.

Ea quæ ſunt corpore piloſo.

In hac Sectione unicum continetur genus, ſcilicet *Tardigradi.*

III. *Genus Tardigradi.*

Hujus character eſt
Dentes nec inciſores, nec canini, ſed molares tantum;
Corpus piloſum.

Obſ. Omnium hujus generis QUADRUPEDUM crura anteriora poſterioribus longiora ſunt: ideo lentiſſime progrediuntur; ob quam tarditatem greſſus *Tardigradi* nomine donantur. Dentes illorum molares, quibus ſolis prædita ſunt, nullomodo ſunt lobati, ſicut dentes molares aliorum QUADRUPEDUM, ſed cilindrici, apice rotundato.

**. I. TARDIGRADUS. †

Tardigradus pedibus anticis & poſticis tridactylis.... LE PARESSEUX.

Bradypus manibus tridactylis, cauda brevi. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *gr.* 3. *ſp.* 1. Ignavus Americanus riſum fletu miſcens. Ignavus Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 43. Ai, ſive Ignavus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 245. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 221. (*Fig. bona*). *Piſon. Hiſt. nat. p.* 321. *Fig. p.* 322. (*Fig. bona*). *Charlet. exerc. p.* 17. Ignavus. *Aldrov. Quadr. dig. viv. p.* 262. *Jonſt. Quadr. p.* 101. *Fig. T.* 62. (*Fig. bona.*) & *T.* 74. (*Fig. mala*). *Cluſ. Exot. p.* 372. *Fig. p.* 373. (*Fig. bona*). *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 154. Ignavus, ſive Haut Cluſii. *Euſeb. Nieremb. bis Fig. p.* 164. (*prima Figura mala*, *ſecunda bona*). Ignavus, ſive per antiphraſim agilis. *Cluſ. Exot. p.* 110. *Fig. p.* 111. (*Fig. mala*). Hay. *Jo de Laet. Fig. p.* 554. (*Fig. mala*). Arctopitechus. *Gesn. icon. Quadr. Fig. p.* 96. (*Fig. mala*). Papio II. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 61. (*Fig. mala*). Pigritia, ſive Haut. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 163. (*Fig. mala*). Ai, ſeu Tardigradus Gra-

cilis Americanus. *Seba Vol.* 1. *p.* 53. *Fig. T.* 33. *Fig.* 2. (*Fig. optima*). Unau. *Jo. de Laet. Fig. p.* 618 (*Fig. bona*). Ai, ou Paresseux. *Des March. Tom III. p.* 300. *Les Espagnols & les Portugais l'appellent* Pezillo, & Perico Ligero, Priguiza. *Klein. Aldrov. Jonst. Euf. Nieremb. Marcgr. Pison. Seba. Charlet. Les Flamands* Luiaardt. *Klein. Seba. Les Guianois* Ouaikare'. *Barr.*

Longitudo totius corporis 2 circiter pedum. Crura anteriora posterioribus sunt longiora. Cauda brevissima: in singulis pedibus 3 sunt digiti, longis & incurvis unguibus muniti: totum corpus tegitur pilis densissimis, ex fusco & albo variis, excepta facie, quæ tota alba est. Caret auriculis, sed non caret meatu auditorio. Habitat in *India Orientali*, *Guiana*, & *Brasilia*.

2. Tardigradus Ceylonicus.

Tardigradus pedibus anticis didactylis, posticis tridactylis. . . . Le Paresseux de Ceylan.

Bradypus manibus didactylis, caudâ nulla. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 3. *sp.* 2. Silenus: Simia personata. *Klein. Quadr. p.* 42. Tardigradus Ceylanicus. *Seba Vol.* 1. *p.* 54. *Fig. T.* 34. *F.* 1. & *T.* 33. *F.* 4. (*Fig. bonis*).

Pedes anteriores in 2, posteriores in 3 digitos, unguibus longis & incurvis munitos, divisi sunt: auriculæ planæ, quam proxime capiti adpressæ sunt, & capitis crine obteguntur. Caret cauda: totum corpus tegitur pilis densissimis, coloris saturate helvi in dorso, subtus vero dilute cinerei: rostrum paulo longius quam in præcedente.

Hoc Animal nunquam vidi: nescio utrum hujus generis characterem habeat. *Seba*, qui illud descripsit, dentium nullam mentionem fecit: attamen ex hoc genere illud esse puto; moribus enim, voce, & quidem forma corporis, excepto rostro paululum lon-

longiori, cum *Tardigrado* perfecte convenit. Cæterum convenientius mihi videtur, usquedum ampliorem ejus cognitionem habeamus, illud in hoc genere reponere, quam, cum illustrissimo *Kleinnio*, in familia *Camelorum*.

Habitat in *Insula Ceylonensi*.

SECTIO II.

Ea quæ sunt corpore tegmine osseo tecto.

In hac Sectione unicum est genus, scilicet *Cataphracti*.

IV. *Genus Cataphracti.*

Hujus character est

Dentes nec incisores, nec canini, sed molares tantum:

Corpus tegmine osseo tectum, & cataphractum.

Obs. Tegmen osseum, quod omnium hujus generis specierum corpus cooperit, in plures partes dividitur: anterior & posterior (*a*) sunt quasi duo scuta superne convexa, interne concava, inter quæ plurima sunt cingula, connexa inter se cute membranacea, cujus ope supra se mutuo glisciunt; unde corpus ita contrahunt ut globosum fiat, sicut *Eriuaceus*. Tota pars infima, scilicet caput, & collum inferius, & venter, cute crassa, crassis rarisque pilis obsita, vestitur: sunt etiam supra corpus pili quidam inter squamas tegmen osseum tegentes. Dentes omnes hujus generis QUADRUPEDUM, sicut in genere præcedenti, sunt cilindrici.

1. ARMADILLO.

Cataphractus scuto unico, cingulis octodecim. . . .
L'ARMADILLE.

Tatu Mustelinus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 235. Dasypus cingulo simplici. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 12. *sp.* 1.

Les

(*a*) Primæ speciei pars posterior corporis non scuto, sed cingulis tegitur.

Les Anglois l'appellent WEESLE-HEADED ARMADILLO, *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad initium caudæ, 10 circiter pollicum, cauda 7 pollicum; pedes ſinguli dividuntur in 5 digitos, quorum 3 medii anteriores aliis multo ſunt longiores. Frons lata & plana; oculi parvi; auriculæ nudæ Ab aliis abunde diſtinguitur, in eo quod ſcuto poſteriori careat: ſed, a ſcuto anteriori ad caudam usque, tegmen dividitur in 18 cingula, totidem membranis intermediis connexa. Anteriora, quæ & majora ſunt, ſquamis quadratis, poſteriora vero quadratis & rotundis intermixtis conſtant. Squamæ, ſcutum anterius tegentes, ſunt quadratæ, ſicut illæ quæ caudam cooperiunt, quæ cauda in exortu 6 annulis cingitur, & deinde in acutum deſinit.

2. ARMADILLO ORIENTALIS.

Cataphractus ſcutis duobus, cingulis tribus. . . . L'ARMADILLE ORIENTAL.

Daſypus cingulis tribus. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 12 *ſp* 2, Tatu Apara, Armadilli tertia ſpecies Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 234. Tatu Apara. *Jonſt. Quadr. p.* 121. *Fig. T.* 63. (*Fig. bona.*) *Marcgr. Hiſt. Bra. Fig. p.* 232. (*Fig. bona*). Tatu porcinus, ſeu Armadillo orientalis, lorica oſſea, toto corpore tectus. *Klein. Quadr. p.* 48. Tatu ſeu Armodillo Orientalis loricâ oſſea toto corpore tectus. *Seba Vol.* 1. *p.* 62. *Fig. T.* 38. *F.* 2. *&* 3. (*Fig. optimis*). Tatu ſeu Armadillo. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 100. (*Fig. bona*). Armadillo, ſeu Tatou genus alterum. *Cluſ. Exot. Fig p.* 109. (*Fig. bona*). Armadillo, genus alterum Cluſii. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 158. (*Fig. ſat bona.*) Tatus Gesneri. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 163.

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad extremitatem caudæ, circiter unius pedis: pedes ſinguli ſecundum *Marcgravium* & *Rajum*, in 5 digitos, ſecundum *Sebam* & *Kleinnium*, in 4 ſunt diviſi. Inter

ter duo ſcuta tria ſunt cingula ſquamis parallelogramis tecta; ſquamis exagonis ſcuta teguntur; auriculæ nudæ, breves & rotundæ. Cauda utrinque ſupra & infra paulum applanata, breviſſima, ſquamis exagonis tecta, unico tantum articulo conſtat. Habitat in *India Orientali*, *Braſilia* & *Guiana*.

3. Armadillo Indicus.

Cataphractus ſcutis duobus, cingulis quatuor.... L'Armadille des Indes.

Daſypus cingulis quatuor. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 12. *ſp.* 3. Teſtudinatus porcellio, vel Teſtudinatus Echinus, Exoticum Animal. *Colum. aquat. p.* 15. *Fig. p.* 16. (*Fig. & deſcript. bonis*). *Tegmen oſſeum tantum deſcripſit & delineavit.*

De iſta ſpecie pauca dicam. Nunquam eam vidi, & *Columna* qui ſolus illius mentionem fecit, tegmen oſſeum tantum deſcripſit & delineavit. Sed hoc ſufficit ad diſtinguendam iſtam ſpeciem ab aliis ejusdem generis. Tegmen illud oſſeum duobus componitur ſcutis, quorum poſterius majus eſt, ſquamis exagonis, pentagonis, quadratis, aliisque quibusdam paucis figuris tectis illisque ſquamis tuberculis exaſperatis; inter quæ ſcuta, 4 ſunt cingula, cute membranacea inter ſe connexa.

4. Armadillo Mexicanus.

Cataphractus ſcutis duobus, cingulis ſex.... L'Armadille du Mexique.

Daſypus cingulis ſex. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 12. *ſp.* 5. Tatu, ſive Armadillo prima Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 233. *n.* 1. Tatu, ſeu Echinus Braſilianus. *Jonſt. Quadr. p.* 120. *Aldrov. Quadr. dig. viv. p.* 478. *Fig. p.* 480. Tatu, ſeu Armadillo. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 62. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 330. *Muſ. Beſl. p.* 40. *Fig. T.* 11 *Charlet. Exer. p.* 18. Tatu & Tatupeba Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 231. Tatu,

ſive Tatou. *Jo. de Laet. Fig. p.* 532. Tatou. *Bell. obſ. Fig. p.* 204. Armadillo Cluſii. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 158. Ayotochtli, ſeu Daſypus cucurbitinus, ab aliis Tatou, vel Armadillo dictus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 314. (*a*). *Les Eſpagnols l'appellent* ARMADILLO. *Aldro. Hern. Marcg. Beſl. Les Portugais* ENCUBERTO, *ou* ENCUBERTADO. *Aldr. Hern. Marcg. Beſl. Les Italiens*, BARDATO. *Beſl. Aldr. Les Flamands*, SCHILDVERKEN. *Beſl. Les Anglois*, GREAT SERELL'D HEDGOG. *Beſl. Les Habitans de la Nouvelle Eſpagne*, CHIRQUINCHUM. *Euſ. Nieremb. Beſl.*

Pedes ſinguli in 5 digitos, unguibus ſubrotundis munitos, diviſi ſunt; os acutum; oculi parvi; auriculæ nudæ, breves. Inter duo ſcuta 6 ſunt cingula ſquamis triangularibus tecta. Squamæ ſcuta tegentes irregulares & indeterminatæ. Cauda in exortu craſſa, ſenſim ad finem usque gracilior fit, & in acutum definit. Habitat in *Braſilia*, & *Mexico*.

5. ARMADILLO BRASILIANUS. †

Cataphractus ſcutis duobus, cingulis octo.... L'ARMADILLE DU BRESIL.

Daſypus cingulis ſeptem. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 12. *ſp.* 6. Tatu-été Braſilienſibus; Armadilli ſecunda ſpecies Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 233. *n°.* 2. Tatu-été Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 231. Tatus Quadrupes peregrina. *Gesn. Icon. Quadr. fig. p.* 103. (*Fig. bona*). (*b*). Armadillo, ſeu Aitochtli. *Jonſt. Quadr. p.* 120. *fig. T.* 74. (*Fig. bona*). *Euſ. Nieremb. fig. p.* 158. (*Fig. bona*). (*b*) Tatus Major Moſchum redolens. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 163. *Les Portugais l'appellent* VERDADEIRO. *Marcgr. Les Guianois*, TATOU KABASSOU. *Barr.*

In pedibus anterioribus 4 digitos habet, 2 medios æqua-

(*a*) Omnes illorum Authorum figuræ, excepta ſola *Aldrovandi* figura, plusquam 6 cingula exhibent; in quo peccant.

(*b*) Figuræ *Geſn.* & *Euſ. Nieremb.* plusquam 8 cingula inter duo ſcuta repræſentant; in quo peccant.

æquales, & lateralibus majores; in posterioribus 5, quorum 3 medios æquales, lateralibus etiam majores. Caput parvum est & acutum; auriculæ longæ & erectæ; cauda longa, in parte anteriore annulis composita, & deinde in acutum desinens. Inter 2 scuta 8 sunt cingula (9 junctiuræ secundum *Rajum* & *Marcgravium*) squamis ordine decenti dispositis tecta. Habitat in *Guiana* & *Brasilia*.

** 6. Armadillo Guianensis. †

Cataphractus scutis duobus, cingulis novem. . . .
L'Armadille de Cayenne.

Dasypus cingulis novem. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 12. *sp.* 7. Tatu Porcinus: Tatu simpliciter: Porcellus Cataphractus: Armadillo communiter. *Klein. Quadr. p.* 48. Tatou, seu Armodillo Americanus. *Seba vol.* 1. *p.* 45. *fig. T.* 29. *F.* 1. (*Fig. optima*). Armadillo. *Mus. Worm. p.* 335.

Longitudo totius corporis, ab extremitate oris ad caudæ apicem, circiter 2 pedum & 10 pollicum; scilicet capitis 4 pollicum; corporis $1\frac{1}{2}$ pedis; & caudæ 1 pedis. Pedes anteriores in 4 digitos divisi, quorum duo medii æquales sunt, & lateralibus majores; posteriores in 5, quorum medius major, 2 sequentes paulo minores, & 2 laterales minimi. Rostrum acutum; auriculæ sat longæ, parvis squamis tectæ. Cauda, quæ in exortu crassa est, & paulatim gracilior fit, in parte anteriore 10 aut 12 annulis cingitur, & deinde in acumen desinit. Inter duo scuta 9 sunt cingula squamis triangularibus tecta. Squamæ scuta tegentes sunt subrotundæ & magnitudine inæquales. Habitat *in America*: in *Guiana* frequens.

** 7. Armadillo Africanus.

Cataphractus scutis duobus, cingulis duodecim. . . .
L'Armadille d'Afrique.

Da-

Daſypus tegmine tripartito. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 12. *ſp.* 4. Tatu Caninus, capite pedibusque anomalis; Tatu Apara: Armadillo Nothus. *Klein. Quadr. p.* 49. Tatu, ſeu Armodillo Africanus. *Seba vol.* 1. *p.* 47. *fig. T.* 30. *Mus*, *fig.* 3. *Fœmina*, *fig.* 4. (*Fig. bonis*).

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad initium caudæ, 10 circiter pollicum, cauda 7 pollicum. Singuli pedes in 5 digitos, magnis unguibus, tribus intermediis anterioribus maximis, munitos, ſunt diviſi. Auriculæ ſunt longæ, apice ſubrotundo. Inter duo ſcuta 12 ſunt, ſtrictiora cingula, cute craſſa & membranacea connexa, ſquamis parallelogramis tecta. Squamæ ſcuta tegentes, ſunt modo tetragonæ, modo pentagonæ, modo exagonæ, lateribus ſemper inæqualibus. Habitat in *Africa*.

ORDO III.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus nullis, caninis & molaribus præſentibus donata.

In hoc Ordine duo tantum QUADRUPEDA continentur, *Elephas* ſcilicet & *Odobenus*, quod unumquodque genus ſuum conſtituit. Dentes canini alterius ſurſum incurvantur, alterius vero deorſum.

V. *Genus Elephantis.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores nulli:
Dentes canini duo, unus utrinque, maxillæ ſuperiori affixi, longiſſimi, ſurſum recurvi:
Proboſcis longiſſima flexibilis.

* 1. ELEPHAS. †

L'ELEPHANT.

Elephas. *Raj. Syn. Quadr. p.* 131. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6.

6. g. 24. *ſp.* 1. *Klein. Quadr. p.* 36. *Aldro. Quadr. ſolid. p.* 418. *Fig. p.* 465. (*Fig. mala*). *Gesn. Quadr. p.* 409. *Fig. p.* 410. (*Fig. mala*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 61. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p.* 17. *Fig. T.* 7. 8. 9. (*Fig. bonis*). *Euſ. Nieremb. p.* 191. *Charlet. exerci. p.* 4. Elephas Africanus. *Seba vol.* 1. *p.* 175. *Fœtus Fig. T.* 111. *F.* 1. (*Fig. bona.*) Eléphant. *Kolbe. Tom. III. p.* 9. *Fig. p.* 10. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. Part.* 3. *p.* 101. *Fig. T.* 19. (*Fig bonne*). *Les Grecs l'appellent* ελεφας. *Les Arabes*, CENALFA. *Aldro. Les Ethiopiens*, YTEMBO. *Aldro. Les Sabins*, BARRUS. *Gesn. Aldro. Les Illyriens*, SION. *Aldro. Gesn. Les Eſpagnols*, ELEPHANTE. *Gesn. Aldrov. Les Italiens*, LEOPHANTE. *Gesn. Aldrov. Les Allemands*, HELPHANT. *Gesn. Aldro. Les Flamands*, ELEPHANT. *Aldrov. Les Anglois*, ELEPHANT. *Raj.*

Elephas magnitudine, ab aliis QUADRUPEDIBUS ſatis abunde diſtinguitur. Omnium enim maximum eſt; 12 pedum altitudinem attingit; illius vero notæ characteriſticæ à quibuscumque, non ſpecie tantum, ſed & genere differre demonſtrant. Dentibus inciſoribus omnino caret, ſed maxillæ ſuperiori 2 ſunt dentes canini, 5 vel 5½ pedes interdum longi, ſurſum recurvi: plures in utraque maxilla molares. Inter duos dentes longos caninos eſt proboſcis adhuc longior, flexibilis, qua, velut manu, utitur ad cibos colligendos, & ori admovendos. Proboſcis illa nihil aliud eſt quam naſus productus: auriculæ ampliſſimæ, circumcirca dentatæ, pendulæ: crura, pedeſque craſſi & rudes, *ungulatos* inter & *digitatos* anomali eſſe videntur: pedes enim 5 digitis donantur, quorum phalanges omnes diſſectione deteguntur, quæ vero aliter non apparent, cum in carne fungoſa, ſubſtantia quaſi cornea omnino tecta, contineantur: ambitus enim pedum 5 ungulis obtuſis, inter ſe connexis cute ita indurata, ut ad ſubſtantiæ corneæ naturam accedat, terminatur: plantæ pedum cute pariter indurata, & quaſi cornea teguntur. Cutis illa cum unguibus ipſis ita cohæ-

hæret, ut & ungues & cutis ſimul avelli poſſint, ſicut *Equi* ungula. Præterea cutis illa indurata ipſa ſubſtantia cornea dici poſſet: ab ungulis enim non differt, niſi quod ipſis ſit mollior. Cutis corporis craſſa eſt, non prorſus nuda, ſed pilis rarioribus, craſſis & ſatis longis, obſita: cauda pilis quibusdam etiam craſſis terminatur. Habitat in *Africa & Aſia* majores alit.

Vide *D. Georg. Chriſt. Petri ab Hartenfels*, Elephantographiam curioſam.

VI. *Genus Odobeni.*

Hujus caracter eſt
Dentes inciſores nulli:
Dentes canini duo, unus utrinque, maxillæ ſuperiori affixi, longiſſimi, deorſum incurvi:
Proboscis nulla.

* 1. Odobenus. †

La Vache-Marine.

Phoca dentibus exſertis. Odobenus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 9. *ſp.* 2. Equus Marinus & Hippopotamus falſo dictus. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 191. Rosmarus. *Klein. Quadr. p.* 92. *N°. III. Gesn. Piſc. p.* 249. *fig. p.* 250. (*Fig. mala. Peccat in pedibus*). *Jonſt. Piſc. p.* 160. *fig. T.* 44. *ſub iſto nomine.* Rosmarus vetus. (*Fig. bona*). Vache-Marine. *Hiſt. d'Iſl. & de Gro. T. II. p.* 159. *fig. p.* 168. (*Fig. bonne.*) *Les Danois & Iſlandois l'appellent* Rosmarus. *Raj. Les Ruſſiens*, Morss. *Raj. Klein. Hiſt. d'Iſl. Les Hollandois*, Walros, Walrus. *Klein. Hiſt. d'Iſl. Les Flamands*, Walrus. *Raj. Les Anglois*, Morse, *ou* Sea-horse. *Raj.* Sea-Kow. *Klein Hiſt. d'Iſl Les Angle-Saxons*, Hors-Hwal. *Hiſt. d'Iſl Klein. Les François des Côtes de l'Amérique*, Vache-Marine, *ou* Beste a la grande dent. *Hiſt. d'Iſl. Klein.*

Monſtroſum eſt hoc Animal. Longitudo corporis 16 pedes plerumque attingit; ambitus vero circiter

ter 8. Quatuor habet pedes breves, in quibus ſingulis ſunt 5 digiti, unguibus muniti, cute inter ſe connexi. Pedes poſteriores retrorſum ita diriguntur, ut nihil aliud, quam ipſius cauda, appareant. Caput craſſum & in anteriore parte planum: rictus validiſſimis ſetis obſitus eſt. Dentibus inciſoribus omnino caret; in maxilla vero ſuperiore duobus dentibus caninis, 2 pedes circiter longis, deorſum incurvis, & in utraque maxilla 8 molaribus, 4 utrinque, donatur. Auricularum externarum loco, habet utrinque foramina quibus audit; cutis, quæ pollicis fere craſſitiem attingit, pilis brevibus, rigidis, ex fuſco ſordide flavis, tegitur. Habitat in *Regionibus Septentrionalibus.* (*a*)

ORDO IV.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore nullis, in inferiore ſex donata.

Omnia hujus Ordinis QUADRUPEDA, ſicut & ſequentis, ſunt ruminantia. Quatuor ventriculos habent; non vero ſunt cornigera. Pedes habent in duos digitos, non quidem *ungulatos*, ſicut *biſulca*, ſed tantum *unguiculatos*, fiſſos. Plantæ pedum cute molli & parumper calloſa teguntur. In hoc Ordine unicum eſt genus, ſcilicet *Camelinum.*

VII. *Genus Camelinum.*

Hujus character eſt

Den-

(*a*) Ad hocce Genus MANATUM retulit Auctor: verum huc non pertinet, cum dentibus omnino careat; idcirco inter beluas quasdam marinas & anomalas, infra ſub Genere *Phocæ* recenſendas, illum deſcribere magis concinnum viſum fuit.

Dentes inciſorii in maxilla ſuperiore nulli, in inferiore, ſex:
In ſingulis pedibus digiti duo unguiculati.

Obſ. Omnia hujus generis QUADRUPEDA collo longiſſimo donantur.

**. 1. CAMELUS.

Camelus duobus in dorſo tuberibus.... LE CHAMEAU.

Camelus duobus in dorſo tuberibus, ſeu Bactrianus. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 145. *n°.* 2. Camelus tophis dorſi duobus. Bactrianus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 29 *ſp.* 2. Camelus, Belchet, Bactrianus fortiſſimus. *Klein. Quadr. p.* 41. Camelus vel Camelus Bactriana. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 22. (*Fig. bona*). Camelus. *Aldrov. Quadr. Bis. p.* 889. *Fig. p.* 907. (*Fig. mala*). *Geſn. Quadr. p.* 162. *Fig. p.* 163. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 67. *Fig T.* 43. *ſub iſto nomine.* Camelus Bactrianus, ſeu Dromedarius. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 12. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 223. *Fig. T.* 13. (*Fig. bona*). *Les Hébreux l'appellent* GAMAL. *Geſn. Les Chaldéens*, GAMELA. *Geſn. Les Arabes*, GEMAL. *Geſn. Les Grecs*, Καμηλος. *Les Sarraſins*, SHYMEL. *Geſn. Les Perſes*, SCHETOR. *Geſn. Les Illyriens*, VUELBLUD. *Geſn. Les Eſpagnols, & les Italiens*, CAMELLO. *Geſn. Les Allemands*, KÆMELTHIER. *Geſn. Les Anglois*, CAMEL. *Raj. Geſn.*

A vertice ad caudam, 8 circiter pedes longus eſt. Caput, ab extremitate labii ſuperioris ad occipitium, 23 pollices longum: auriculæ 4 pollices; cauda 2 pedes longa. Duo habet in dorſo tubera, quorum poſterius anteriori multo majus eſt. A parte ſuperiore majoris iſtius tuberis ad terram usque, 7 pedes altus eſt. Labium ſuperius ut in *lepore* fiſſum: pili ipſius longiſſimi ſunt in tuberibus, in dorſo, ſupra caput, & ad collum; in reliquo corpore breves. Pedes in parte ſuperiore tantum ſunt fiſſi, ſinguli duobus parvis unguibus in extremo donati: planta pedum lata, plana, admodum carnoſa, cute molli, craſſa,

craſſa, & parumper calloſa, tegitur. Articulorum crurum calli 6 ſunt numero; nimirum ad ſingulos crurum anteriorum articulos ſinguli; prior & ſuperior retrorſum ad partem *cubitum* proprie dictam; alter & inferior antrorſum ad partem quæ carpo humano reſpondet. In ſingulis poſterioribus cruribus unus etiam eſt callus ad primum & ſupremum articulum, qui antrorſum flectitur, & verum genu eſt. Præter prædictos, ſeptimus eſt callus, aliis multo major, ad imum thoracem, ſterno firmiter adnexus. Præputium longiſſimum eſt & retro verſum. Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore nullis, in inferiore 6 donatur, & præterea dentibus caninis magnitudine inæqualibus 3 utrinque in maxilla ſuperiore, & 2 ſimilibus utrinque in maxilla inferiore. Dentium molarium variat numerus. Habitat in *partibus Aſiæ orientalibus.*

**. 2. DROMEDARIUS.

Camelus unico in dorſo tubere.... LE DROMADAIRE.

Camelus unico in dorſo gibbo, ſeu Dromedarius. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 143. *no.* 1. Camelus topho dorſi unico. Dromedarius. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 29 *ſp.* 1. Camelus minimus. Dromedarius. *Klein. Quadr. p.* 42. Camelus Arabica, vel Camelus Dromas. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 23. (*Fig. bona*). Camelus Dromas. *Geſn. Quadr. p.* 171. *Fig. p.* 172. (*Fig. bona*). Dromas. *Proſp. Alp. Ægypt. p.* 223. *Fig. T.* 12. (*Fig. bona, exceptis pedibus qui ungulati apparent*). Dromedarius. *Aldrov. Quadr. Biſ. p.* 909. *Fig. p.* 908. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p.* 69. *Fig. T.* 43. *ſub iſto nomine* Camelus (*Fig. bona, exceptis pedibus qui ungulati apparent*). *Charlet. Exerc. p.* 13. Chameau. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. Part.* 1. *p.* 71. *Fig. Pl.* 7. (*Fig. très-bonne*). *Les Chaldéens l'appellent* HOGENAIN. *Geſn. Les Grecs*, Δρομας. *Les Ethiopiens*, RAGUAHIL, *ou* ERAMARI. *Klein. Les Maures*, EGIN. *Proſp. Alp. Les Italiens*, DROMEDARIO. *Geſn. Les Allemands*, DROMEDARY. *Geſn. Les Anglois*, CAMEL, *ou* DROMEDARY. *Raj.*

A præcedente differt magnitudine, qua ei cedit, & numero tuberum, quod ei unicum eſt in dorſo. In aliis præcedenti ſimilis eſt. Sicut ille, labium habet ſuperius fiſſum, pili ipſius longiores in tubere & ad collum ſiti ſunt. Pedes pedibus præcedentis ſimiles habet, eosdemque in cruribus & thorace callos. Habitat in *partibus Aſiæ occidentalibus*; in *Syria* & *Arabia frequens*.

[P. *Labat* in ſua *Deſcriptione Africæ Occidentalis*. Tom. I. p. 272. memorat alterum Camelum unico tubere in dorſo, qui eſt omnium Camelorum maximus.]

3. Camelus Peruanus.

Camelus pilis breviſſimis veſtitus. . . . Le Chameau du Perou.

Camelus Peruanus Glama dictus. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 145. *n°.* 3. Camelus dorſo lævi, pectore gibboſo. Glama. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 29. *ſp.* 3. Camelus ſpurius Peruanus, Glama dictus. *Klein. Quadr. p.* 42. Ovis Peruana. *Jonſt. Quadr. p.* 45. *Fig. T.* 46. (*Fig. bona*). *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 243. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 9. Pelon Ichiatl Oquitli. Ovis Peruana. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 669. (*Fig. mala*). Pervichcatl. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 11. *Les François l'appellent* Mouton de Perou. *Les Eſpagnols du Perou*, Glama, *ou* Lhama. *Raj.*

Longitudo corporis a cervice ad caudam 6 pedum eſt: altitudo a dorſo ad pedis plantam, 4 tantum; colli longitudo, a ſcapulis ad cervicem, 2 pedum. Auriculæ longæ; caput oblongum; labium ſuperius fiſſum; oculi ſat magni; cauda brevis; venter latus; clunes anteriore parte altiores. Sub pectore, ubi thorax ventri connectitur, eſt tuber vomicæ ſimile, e quo aliquid excrementi ſenſim manare videtur. Colore variat hæc ſpecies, ſicut Oves noſtræ. Modo eſt alba, modo nigra, modo fuſca, modo ex his

his coloribus variegata: hæc ultima ab incolis *Moromoro* (*a*) vocatur. Habitat in *Peruvia*.

4. Vicunna.

Camelus pilis prolixis toto corpore veſtitus. . . . La Vigogne.

Camelus ſeu Camelo congener Peruvianum, lanigerum, *Pacos* dictum. Ovis Indica, ſeu Peruviana vulgo. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 147. Camelus gibbis nullis. Pacos. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 29. *ſp.* 4. Camelus lanigerus, Peruanus; Pacos; vulgo Ovis Peruviana. *Klein. Quadr. p* 42. Ovis Chilenſis. *Jonſt. Quadr. p.* 46. *Fig. T.* 23. *ſub illo nomine*, Vervex alius peregrinus. (*Fig. bona, exceptis pedibus anticis, qui in quatuor digitos diviſi ſunt, cum in duos tantum dividi debeant*). *Charlet. Exerc. p.* 9. Ovis Peruana, Paco dicta. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 244. (*Fig. bona*). *Peccat tamen in pedibus anticis, ſicut Jonſtoni figura.* Ovis Peruanæ alia ſpecies ab incolis *Pacos* dicta. *Hernand. Hiſt. Mex. p.* 663.

Præcedente minor eſt; caput & auriculas, ſervata corporis proportione, multo minores habet. Clunes anteriore parte non ſunt altiores. Totum corpus pilis longiſſimis & molliſſimis tegitur. Colore variat hæc ſpecies, ſicut præcedens: modo eſt nigra, modo alba, modo ſubruſſa, modo ex his coloribus variegata. Habitat in *Peruvia*, in *Chili*, & in *nova Hiſpania*.

[5. Guanaco.

Camelus pilis prolixis & craſſis veſtitus.

Guanaco. *Voy. de D. George Juan & D. Ant. de Ulloa. Tom.* 1. *p.* 366.

Præcedente eſt major, atque ab eo diſtinguitur pilis longe craſſioribus. Quoad cætera, omnino cum ipſo convenit.]

(*a*) Vide Euſ. de Nieremb. p. 182. qui *Moromoro* delineationem dedit.

ORDO V.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore nullis, in inferiore octo, & pede biſulco donata.

In hoc Ordine continentur omnia QUADRUPEDA ruminantia, biſulca; quæ, ſicut QUADRUPEDA præcedentis Ordinis, quatuor ventriculis prædita ſunt. In tres Sectiones dividuntur. Prima continet ea quorum cornua ſunt ſimplicia, ut *Hircus*, *Aries*, &c. Secunda ea quæ cornibus ramoſis donantur, ſicut *Cervus*. Tertia vero ea quæ non ſunt cornigera, ſicut *Tragulus*.

SECTIO I.

Ea quorum cornua ſunt ſimplicia.

Hujus Sectionis QUADRUPEDA in quatuor Genera dividuntur. Alia ſunt cornibus ſurſum converſis, inter quæ alia femoribus anticis longiſſimis donantur, ut *Giraffa*, ſeu *Camelopardalis*; alia femoribus æqualibus, ut *Hircus*, *Rupicapra*, &c. Alia ſunt cornibus retrorſum converſis, ſicut *Aries*; alia tandem cornibus ad latera converſis, ut *Bos*. Diverſis illis cornuum directionibus Genera illa ſatis abunde a ſe invicem differunt.

Obſ. 1. Cum dicimus cornua ſurſum, retrorſum, aut ad latera converſa, de ipſorum origine tantummodo loquimur; id eſt, pars cornuum qua capiti adhærent, ſurſum, retrorſum, aut ad latera convertitur. Ad alios autem cornuum inflexus nullo modo attendi debet, quia ſæpiſſime variant.

Obſ. 2. Omnes hujus Sectionis fœminæ ſunt cornigeræ, ſicut & mares.

VIII.

VIII. *Genus Giraffæ.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore nulli, in inferiore octo:
Pes biſulcus:
Cornua ſimplicia,
Surſum converſa:
Femora anteriora poſterioribus multo longiora.

1. GIRAFFA. †

Camelopardalis. . . . LA GIRAFFE.

Cervus cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis. Camelopardalis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 31. *ſp.* 1. Tragus biſulcorum mixtus: Giraffa; Camelopardalis. *Klein. Quadr. p.* 22. Camelopardalis, Giraffa recentioribus dicta. *Raj. ſyn. Quadr. p.* 90. Camelopardalis. *Aldrov. Quadr. Biſ. p* 927. *Fig. p.* 931. (*Fig. ſat bona*). *Geſn. Quadr. Fig. p.* 160. (*Fig. ſat bona*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 41. *Fig. p.* 42. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 69. *Fig. T.* 39. *&* 45. (*Fig. ſat bonis*). *&* T 40. *ſub illo nomine*, Camelus Indicus. (*Fig. ſat bona, ſi maculas exhiberet*). *Proſp. Alp. Ægypt. p* 236. *Fig. T.* 14. *f.* 4. (*Fig. ſat bona*). Camelopardalus. *Charlet. Exerc. p.* 13 Gyraffa quam Arabes *Zurnapa*, Græci & Latini *Camelopardalin* nominant. *Bell. Obſ. p.* 118. *Fig. p.* 119. (*Fig. ſat bona*). Graffa. *Euſ. Nieremb. p.* 191. *Les Hébreux l'appellent* ZAMER. *Geſn. Les Chaldéens*, DEBA. *Geſn. Les Arabes*, ZURNAPA. *Raj. Bell. Proſp Alp.* SERAPHAH. *Geſn. Les Perſes*, SERAPHAH, GIRNAFFA. *Geſn. Les Ethiopiens*, NAPIN. *Geſn. Klein.* NABUDA. *Jonſt. Klein. Les Allemands*, GIRAFF. *Geſn.*

Longitudo corporis, a vertice ad caudam, 18 pedum eſt. Collum 7 pedes longum. Ad 16 pedes caput a terrâ efferre poteſt: femora (non vero crura) anteriora poſterioribus multo longiora ſunt: quare non niſi late diductis cruribus anterioribus, cibum ex terra capere poteſt. Duo cornicula ex fronte eminent circiter 6 digitorum longitudine, ad

apicem parumper incurva. Auriculæ ſat magnæ ſunt. A capitis vertice ad dorſum, jubam habet ut *Equus*. (Sunt qui juba carent, per quod forte ſexus diſtinguuntur.) Cauda tenuis eſt & exigua, in acumine piloſa. Totum corpus maculis conſpergitur, non quidem omnibus rotundis, ſed aut obquadratis, aut rotundis. Habitat in *Africa*, & præſertim in *Æthiopia*.

IX. *Genus Hircinum.*

Hujus character eſt

Dentes inciſores in maxilla ſuperiore nulli, in inferiore octo:

Pes biſulcus:

Cornua ſimplicia,

Surſum converſa:

Femora anteriora poſterioribus longitudine æqualia.

** I. Hircus et Capra Domestica.

Hircus cornibus interius cultratis, exterius rotundatis, infra carinatis, arcuatis. . . . Le Bouc, la Chevre Domestique.

Capra cornibus carinatis, arcuatis. Caper. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 42. Capra Domeſtica. *Raj. Syn. Quadr. p.* 77. *n°.* 1. *Sloane. Vol. II. p.* 328. Capra. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 270. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon Quadr. Fig. p.* 17. (*Fig. bona*). Hircus. *Geſn. Quadr. p.* 301. *Fig. p.* 300. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 16. (*Fig. bona*). Capra & Hircus. *Aldrov. Quadr. Biſ. p.* 619. *Fig. p.* 635. (*Fig. ſat bona*). Capra & Hircus Domeſticus. *Jonſt. Quadr. p.* 46. *Fig. T.* 26. *&* 27. (*Fig. bonis*). Caper. Capra. *Rzac. Hiſt Nat. Pol. p.* 239. *Rzac. Auct. p.* 331. Hircus Domeſticus. *Charlet. Exerc. p.* 9. Tragus Domeſticus. Hircus, Capra, Caper ſi caſtratus. *Klein. Quadr. p.* 15. Hœdus. *Geſn. Quadr. p.* 314. Chévre privée ou domeſtique. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 35. *Les François appellent le mâle* Bouc; *la femelle*, Chevre; *le jeune*, Chevreau. *Les Latins, le mâle*, Hircus; *lorſqu'il eſt châtré*, Caper; *la femelle*, Capra; *le jeune*,

ne, HÆDUS. *Les Chaldéens*, *le mâle*, IZE; *la femelle*, EZA. *Geſn.* *Les Grecs*, *le mâle*, Τραγος; *la femelle*, Αἴξ. *Les Arabes*, *le mâle*, MAEZ; *la femelle*, SCHAAH. *Geſn.* *Les Sarraſins*, ANSE. *Geſn.* *Les Perſes*, *le mâle*, BUSAN; *la femelle*, BUZ. *Geſn.* *Les Eſpagnols*, *le mâle*, CABRON; *la femelle*, CABRA; *le jeune*, CABRITO. *Geſn.* *Les Italiens*, *le mâle*, BECCHO; *la femelle*, CABRA; *le jeune*, CAVRETTO. *Geſn.* *Les Allemands*, *le mâle*, BOCK; *la femelle*, GEISZ; *le jeune*, GITSE *ou* TITSLEIN. *Geſn.* *Les Illyriens*, *le mâle*, KOZEL; *la femelle*, KOZA. *Geſn.* *Les Polonois*, KOZIEL. *Rzac.* *Les Suédois*, GET. *Linn.* *Les Anglois*, *le mâle*, GOTE-BUCKE; *la femelle*, GOAT; *le jeune*, KYDD. *Raj. Geſn.*

Capra animal eſt ita notum ut deſcriptione non indigeat. Obſervabo tantum cornua eſſe interius cultrata, exterius rotundata, infra carinata, arcuata; barbam, ſive aruncum ex mento dependere, & Hircum odorem gravem ſpirare. Habitat domeſtica in omnibus fere locis cultis, & fera in montibus.

* 2. CAPRA ANGORENSIS.

Hircus pilis longiſſimis criſpis toto corpore veſtitus.... LA CHEVRE D'ANGORA.

Chévre d'Angora. *Voy. du Lev. Tom.* II. *Fig. p.* 463. (*Fig. très-bonne*).

A *Capra domeſtica* differt pilis 8 aut 9 pollices longis, candidiſſimis, ſplendentibus, ſericei modo molliſſimis & tenuiſſimis, criſpis. Habitat in *Angora*.

* 3. IBEX.

Hircus cornibus ſupra nodoſis, infra rotundatis, in dorſum reclinatis.... LE BOUC-ESTAIN.

Capra cornibus nodoſis in dorſum reclinatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 6. Ibex. *Raj. Syn. Quadr. p.* 77. *no.* 2. *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 730. *Fig. p.* 732. (*Fig. mala*). *Geſn. Quadr. p.* 331. *Fig. p.* 1099. (*Fig. bona*).

Jonſt. Quadr. p. 53. *Fig. T.* 28. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 10. Ibex, nonnullis Capricornus. *Klein. Quadr. p.* 16. Ibex, vel Capricornus apud recentiores: Capra fera Varroni. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 35. (*Fig. bona*). Hircus Ferus, quoddam genus Cretæ familiare, quod Galli *Bouc-Eſtain* appellant. *Bell. Obſ. Fig. p.* 20. (*Fig. ſat bona*). Caper Montanus Alberti. *Aldro. Klein.* *Les Chaldéens l'appellent* JAELA. *Geſn.* *Les Grecs*, Τραγος ἄγριος. *Les Perſes*, KOTZCOHI. *Geſn.* *Les Italiens & les Allemands*, STEINBOCH. *Aldro. Geſn. Jonſt. Raj.* *Les Suiſſes des montagnes*, YBSCH. *Aldro. Geſn.* *Les Illyriens*, KOZOROZIECZ. *Aldro. Geſn.* *Les Flamands*, WILDGHEIT. *Aldrov.*

Hirco domeſtico paulo major eſt. Capūt habet pro mole corporis parvum, cornua vaſta, ſupra nodoſa, infra rotundata, parumper arcuata, & in dorſum reclinata: crura gracilia ſunt; cauda brevis; pilus ut in *Hirco* longus, fulvus. Mas prolixam nigricantem barbam gerit: fœmina mare minor eſt. Habitat in *Alpibus*, *Helvetia*, & Archiepiſcopatu *Saltzburgenſi*.

[4. IBEX IMBERBIS.

Ibex imberbis, cornibus infra annulatis, & longitudinaliter ſtriatis. . . . LE BOUC-ESTAIN SANS BARBE.

Les Ruſſes appellent le mâle, MARGATSCH. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* V. *p.* 345.

Ab extremo capite ad pedum extremum, 3 pedes altus, & ab extremo capite ad initium caudæ, totidem longus. Aures erectæ, latiuſculæ in mucronem obtuſum deſinentes, ultra 2 pollices longæ. Cornua ad pedis longitudinem excreſcunt, inferius circulis quibusdam notata & albicantia, ſuperius lævia, extremitate ſubnigra; curioſius inſpicienti ſtriæ etiam longitudinales apparent. Dentes ſunt anomali, nam in inferiore maxilla 4 ſunt inciſores, &

& 4 canini. Superior maxilla eodem inciſorum & caninorum numero gaudet. Collum longiuſculum. Cauda tenuis 3 poll. longa. Pili cervini. Color ſupinæ partis e fuſco luteſcens, pronæ albus. Fœmina minor eſt mare, nec cornua geſtat. Habitat campos deſertos circa *Boryſthenem*, *Tanaim* & *Volgam*].

5. Capra parva Americana.

Hircus cornibus depreſſis, incurvis, minimis, cranio incumbentibus.... La Petite Chevre d'Amerique.

Capra cornibus depreſſis, incurvis, minimis, cranio incumbentibus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 2. & *Ed.* 4. *g.* 30. *ſp.* 2.

Magnitudo *Hœdi:* pili longi, uti in præcedente (*Capra domeſtica*); cornua lunulata, vix digitum longa, craſſa, cranio adpreſſa, ut cutem fere perforent. *Huc usque Linnæus.* Habitat in *America.*

6. Ibex parvus Americanus.

Hircus cornibus erectis, apice recurvis.... Le Petit Chamois d'Amerique.

Capra cornibus erectis, apice recurvis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 3. & *Ed.* 4. *g.* 30. *ſp.* 3.

Magnitudo *Hœdi* unius anni; pili breves, uti in cervino genere; cornua vix digitum longa. *Huc usque Linnæus.* Habitat in *America.*

** 7. Rupicapra.

Hircus cornibus teretibus erectis, rugoſis, ad apicem levibus & uncinatis... Le Chamois, ou l'Yzard.

Capra cornibus erectis, uncinatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 32. ſp. 5.* Rupicapra. *Raj. Syn. Quadr. p. 78. n°. 3. Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 321. Fig. p. 319. (Fig. ſat bona). Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 36. (Fig. ſat bona). Jonſt. Quadr. p. 52. Fig. T. 27. (Fig. mala). & T. 32. (Fig. non æque mala). Bell. Obſ. Fig. p. 57. (Fig. bona). Charlet. Exerc. p. 9. Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 223. Rzac. auct. p. 319.* Tragus Dorcas; Rupicapra; Caprea. *Klein. Quadr. p. 17.* Dorcas, ſive Rupicapra. *Aldro. Quadr. Biſ. p. 725. Fig. p. 727. (Fig. mala).* Chamois. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. Part. 1. p. 203. Fig. Pl. 29. (Fig. bonne). Kolbe. Tom. III. p. 38. Les Hébreux l'appellent* ZEBI. *Aldro. Les Chaldéens,* THABIA. *Aldro. Les Arabes,* THABIU. *Aldro. Les Perſes,* AHU. *Aldro. Les Eſpagnols,* CAPRA MONTE'S. *Aldro. Geſn. Les Italiens,* CAMUZA, *ou* CAMORCIA. *Geſn. Les Griſons,* CAMUZA. *Aldro. Geſn. Les Peuples circonvoiſins de Trente,* COMOZZA. *Charlet. Les Allemands,* GEMSS, *ou* GAMSS. *Aldro. Geſn. Raj. Rzac. Les Bohémiens,* KORYTANSKY; KOZLIK. *Aldro. Geſn. Les Polonois,* DZYKA-KOZA. *Aldro. Geſn. Rzac.* KOSA SKALNA. *Rzac. Les Anglois,* WILD GOOTE. *Aldro. Geſn.*

Capræ domeſticæ craſſitiem attingit; ſed crura ipſius longiora ſunt, & pilus brevior. Cornua 8 circiter pollices longa, nigra, teretia, erecta, rugoſa, ad apicem levia & uncinata. Labium ſuperius parumper, ut in *Lepore*, fiſſum. Auriculæ 5 pollices longæ, cauda 3 pollices. Pilus ſupra fuſcus eſt aut ruſſus, infra vero ex ſordide albo rufeſcit. Cauda nigricat, & quidem utrinque; nec ſubtus alba eſt, ut in aliis. Habitat in *Alpibus Helveticis*, ſed *Rhæticis* præcipue frequens.

[8. RUPICAPRA SIBERICA.

Hircus cornibus arietinis. . . . LE CHAMOIS DE SIBERIE.

Rupicapra cornibus arietinis. *Nov. Comment. Petrop. Tom. IV. p. 388. (Fig. bona). Les Calmouxs l'appellent* ARGALI.

Magni-

Magnitudine Cervum juniorem æquat. Cornua ex albo luteſcentia, ætatem agis provectis nigreſcentia, ſupra oculos ante auriculas prodeuntia, ad dimidium fere admodum rugoſa, reliquam partem nonniſi leviſſimis rugis conſpicua, retro in circulum fere flectuntur, ita tamen ut extremitas paululum ſupra & extra vertatur. Adultis in tantam molem excreſcunt, ut, menſura ſecundum curvaturam ſumta, duas ulnas longitudine æquent, & 30 libras pendant. Auriculæ erectæ, mediocriter latæ, acuto apice terminantur. Pedes poſteriores anterioribus longiores. Cauda brevis cervinæ inſtar, ſub collo paleare dependet. Color capitis & totius corporis hyemali tempore, griſeus ad fuſcum vergens; per medium dorſum, in natibus & pedum interna parte ac in ventre color eſt luteſcens, ad ruſſum inclinans, pallidior tamen in ventre. Æſtivo tempore undique ex luteo rufeſcit.

Fœmina mare eſt ſemper minor, cum quo de cætero corporis toto habitu exacte convenit. Cornua vero fert Hirci inſtar, rectiora, nec multum rugoſa, parvæ molis, tenuia, quæ nec ætate molem multo majorem acquirunt. Habitat in *Siberia.*]

* 9. Gazella Indica.

Hircus cornibus teretibus, longiſſimis, rectis, baſi tantum annulatis. . . . La Gazelle des Indes.

Capra cornibus teretibus rectiſſimis, longiſſimis, baſi annulatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 8. Gazella Indica cornibus rectis, longiſſimis, nigris, prope caput tantum annulatis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 79. *no.* 5. *Klein. Quadr. p.* 18. Gazella. *Proſp. Alp. Ægypt. p.* 232. *Fig. T.* 14. *F.* 1. (*Fig. mala*). Elan. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 32. *Fig. p.* 34. (*Fig. bonne*).

Ipſius altitudo, a parte ſuperiore dorſi usque ad terram, circiter 2½ pedum. Cornua, 3 propemodum pedes longa, nigra ſunt, recta, ad baſim tantum

tum annulis eminentibus cincta, in reliqua longitudine lævia. Cauda unius pedis fere longitudinem æquat. Pilus ei cinereus est. Habitat in *India*.

* 10. Gazella.

Hircus cornibus teretibus, dimidiato annulatis, bis arcuatis.... La Gazelle.

Capra cornibus teretibus dimidiato annulatis, arcuatis. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 32. sp. 7.* Gazella Africana, Strepsiceros Plinii. *Raj. Syn. Quadr. p. 79. n°. 4.* Tragus strepsiceros, Gazella. *Klein. Quadr. p. 18.* Capra strepsiceros. *Aldro. Quadr. Bis. p. 740. ibi caput Fig. (Fig. bona). Jonst. Quadr. p. 54. Fig. T. 24. (Fig. bona). Charlet. Exerc. p. 10.* Strepsiceros Jo. Caii. *Gesn. Icon. Quadr. p. 38. ibi caput Fig. (Fig. bona).* Strepsiceros. *Gesn. Quadr. p. 323 Mus. Worm. p. 339.* Gazelle. *Hist. de l'Acad. Tom. III. Part. 1. p. 95. Fig. Pl. 11. (Fig. très bonne).* An Caprea campestris gutturosa? *Nov. Comment. Petrop. Les Arabes l'appellent* Algazel. *Klein. Hist. de l'Acad. Les Grecs*, Στρεψικερως.

Ad *Capreoli* formam & magnitudinem accedit. Pili breves sunt, supra fulvi, in ventre & thorace albi; crura longa & gracilia; cauda 1 pedem circiter longa, nigricans; auriculæ maximæ, intus lineis pilorum albis striatæ. Cornua, 15 pollices longa, nigra sunt, transversim annulata usque ad dimidiam partem, altera parte lævi: non sunt exacte recta, sed circa mediam partem extrorsum flexa, deinde introrsum incurvata, ita ut lyram veterum figura sua imitentur. Ad basim cornuum sunt pili, quam in reliquo corpore longiores. Habitat in *Africa*.

11. Gazella Bezoartica.

Hircus cornibus teretibus, rectis, ab imo ad summum fere annulatis, apice tantummodo lævi.... La Gazelle du Bezoar.

Ani-

Animal Bezoarticum Orientale. *Raj. Syn. Quadr. p.* 80. Tragus Bezoarticus. *Klein. Quadr. p.* 19. Capra ſive Hircus Bezoarticus. *Aldro. Quadr. Bis. p.* 755. *Fig. p.* 756. (*Fig. ſat bona*). Capra ſive Hircus Bezoarticus, vel potius Pazoharticus. *Jonſt. Quadr. p.* 56. Hircus Bezoarticus. *Charlet. Exerc. p.* 11. Capricerva. *Kæmpf. p.* 398. *Fig. p.* 407. *F.* 1. (*Fig. ſat bona*). *Les Perſes l'appellent* PASAN. *Aldro. Jonſt. Klein.* PASEN. *Kæmpf.*

Capram domeſticam (quidam dicunt *Cervum*) magnitudine adæquat. Pilis brevibus ex cinereo ruſſis veſtitur. Barbam gerit ut *Capra*. Cornua ipſi teretia ſunt, recta, ſat longa, ab imo ad ſummum fere annulata, apice tantummodo lævi. Cornua fœminis multo breviora quam maribus. Habitat præcipue in *Perſidis* provincia *Laar*.

** 12. GAZELLA AFRICANA.

Hircus cornibus teretibus, arcuatis, ab imo ad ſummum fere annulatis, apice tantummodo lævi. . . . LA GAZELLE D'AFRIQUE.

Capra cornibus teretibus perfecte annulatis arcuatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 9. Gazella Africana cornibus brevibus ab imo ad ſummum fere annulatis, & circa medium inflexis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 80. *n*o. 6. *Klein. Quadr. p.* 18. Algazel ex Aphrica. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 893. (*Fig. bona*).

Capreoli magnitudinem attingit. Pilo eſt brevi, lævi, in dorſo fulvo, in ventre & lateribus candicante; cauda ſat longa nigricante. Collum habet craſſum; crura admodum gracilia; poſteriora anterioribus longiora; auriculas longas, magnas, patulas; intus ſtriis piloſis candicantibus ornatas. Cornua e frontis medio inter oculos oriuntur; unum pedem longa ſunt, teretia, ab imo ad ſummum fere annulata, apice tantummodo lævi, arcuata: colore ſunt ex caſtaneo nigricante. Habitat in *Africa* & *Nova Hiſpania*.

13. GA-

13. Gazella Novæ Hispaniæ.

Hircus cornibus teretibus, circa medium inflexis, ab origine ad flexuram ſpiraliter canaliculatis, a flexura ad apicem lævibus.... La Gazelle de la Nouvelle Espagne.

Tragulus Temamaçama. *Klein. Quadr. p.* 21. Cervus Temamaçama, ſive Macatlchichiltic dictus. *Seba Vol.* 1. *p.* 69. *Fig. T.* 42. *F.* 4. (*Fig. bona*). Tamamaçame. *Jonſt. Quadr. p.* 63. Temamaçame. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 325. (*Fig. mala*).

Hinnuli magnitudinem circiter æquat. Corpus undique veſtitur pilis dilute ſpadiceis, & brevibus: cauda vero pilis longioribus obſita eſt; auriculæ magnæ: cornua dilute nigra ſunt, teretia, circa medium inflexa, ab origine ad flexuram ſpiraliter canaliculata, a flexura vero ad apicem lævia. Habitat in rupibus & altis montibus *Novæ Hiſpaniæ*.

* 14. Capra Orientalis.

Hircus cornibus ſupra rotundatis, infra planis, ſemicirculum referentibus.... La Chevre du Levant.

Tragelaphus Bellonii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 82. *n°.* 11. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 38. *Fig. p.* 39. (*Fig. bona*). Tragelaphus. *Bell. Obſ. Fig. p.* 57. (*Fig. bona*).

Arietis magnitudinem circiter adæquat. Pilus ei longus eſt & fulvus. Crura albicant. Os album eſt, ut etiam tota ventris pars inferior, & femora ſub cauda; nares vero & cauda nigræ. Colli pars prona & ſupina, ſicut & pectus, villis ita longis obſita ſunt, ut barbata videatur. Pili etiam ſcapularum longi ſunt ac nigri: utrinque ad latera macula eſt cinerea. Ore, fronte, & auriculis *Ovem* refert. Cornua ipſius ſupra ſunt rotundata, infra plana, & ſemicirculum quodammodo referunt.

15. Ca-

15. Capra Syriaca.

Hircus cornibus minimis, erectis, parumper retrorsum incurvis, auriculis longiſſimis, pendulis. . . . La Chevre de Sirie.

Capra auribus pendulis longiſſimis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 11. Capra Mambrina, ſeu Syriaca Geſneri, auribus ad terram fere demiſſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 81. *no.* 8. Capra auribus demiſſis. *Jonſt. Quadr. p.* 57. *Fig. T.* 26. *ſub illo nomine.* Capra Mambrina. (*Fig. bona*). Capra Mambrina. *Geſn. Quadr. p.* 271. Capra Indica, aut Mambrina, aut Syriaca potius. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 1098. (*Fig. bona*). Capra Indica a recentioribus quibusdam *Mambrina* cognominata. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 18. (*Fig. bona*).

Capram domeſticam magnitudine antecellit. Pilo dilute fulvo veſtitur. Cornua nigra ſunt, 2½ digitos longa, erecta, & parumper retrorſum incurva. In eo autem ab omnibus aliis ſui generis ſpeciebus maxime differt, quod auriculas longiſſimas, usque ad terram pendulas, habeat. Habitat in *Mambre*, *Syriæ* monte.

16. Capra Novæ Hispaniæ.

Hircus cornibus teretibus, erectis, ab imo ad ſummum ſpiraliter intortis. . . . La Chevre de la Nouvelle Espagne.

Tragulus Mazame, ſeu Cervus cornutus, ex Nova Hiſpania. *Klein. Quadr. p.* 21. Mazame ſeu Cervus cornutus ex Nova Hiſpania. *Seba vol.* 1. *p.* 69. *Fig. T.* 42. *F.* 3. (*Fig. optima*). Mazame ſeu Cervus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 324. (*Fig. mala*). *Cornua ramoſa, quod male.* Maçame. *Jonſt. Quadr. p.* 63.

Pilus totius corporis ſubruffus eſt, paulo tamen dilutior in capite & ventre. Caput habet & collum brevia & craſſa; auriculas magnas, & flaccidas; caudam craſſam & obtuſam. Cornua gerit teretia, erecta,

erecta, parumper arcuata, ab imo ad ſummum ſpiraliter intorta. Habitat in *nova Hiſpania*.

17. Capra Cretensis.

Hircus laniger, cornibus teretibus, erectis, ab imo ad ſummum ſpiraliter intortis.... La Chevre de Créte.

Ovis cornibus erectis ſpiralibus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 33. *ſp.* 2. Aries ſtrepſiceros cornibus erectis, & in ambitu canaliculatis, Cretenſis. *Klein. Quadr. p.* 14. Ovis ſtrepſiceros Cretica Bellonii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 75. *n°.* 3. Cretenſis aries ſtrepſiceros nominatus. *Bell. Obſ. p.* 20. *Fig. p.* 21. (*Fig. bona*). Strepſiceros Bellonii. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 37. (*Fig. bona*). Aries Cretenſis. *Aldrov Quadr. Bis. p.* 406. *Fig. p.* 407. (*Fig. bona*). Ovis Cretenſis. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 45. (*Fig. bona*).

Ovis domeſticæ magnitudinem adæquat, eique ſimillima eſt in omnibus, exceptis cornibus, quæ non, ut in *Ovibus*, reflexa ſunt, ſed teretia, recta, erecta, & ab imo ad ſummum ſpiraliter intorta. Habitat in *Creta*, & præſertim in *Monte Ida*.

X. *Genus Arietis.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore nulli, in inferiore octo:
Pes biſulcus:
Cornua ſimplicia,
Retrorſum converſa.

Obſ. Pleræque Oves domeſticæ, præſertim fœminæ, carent cornibus; ſed nobis nimis nota ſunt hæc Animalia, ut hujus characteris generici defectus nos in errorem inducat.

** 1. Ovis domestica.

Aries laniger, cauda rotunda, brevi.... La Brebis domestique.

Ovis

Ovis cornibus compreſſis lunatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 33. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. nº.* 43. Ovis domeſtica, cujus mas Aries dicitur, fœtus Agnus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 73. *nº.* 1. *Sloane. Vol.* II. *p.* 328. Aries, Ovis, Vervex, Agnus. *Klein. Quadr. p.* 13. Ovis. *Aldro. Quadr. Bis. p.* 370 *Geſn. Quadr. p.* 872. *Fig. p.* 873. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 14. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 38. *Charlet. Exerc. p.* 8. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 242. *Rzac. Auct. p.* 333. Aries. *Geſn. Quadr. p.* 912. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 22. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 9. Vervex. *Geſn. Quadr. p.* 925. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 22. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 9. Agnus. *Geſn. Quadr. p.* 927. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 22. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 9. *Fig. T.* 1. & 2. (*Fig. optima*). *Les François appellent le mâle* Bellier; *lorsqu'il eſt châtré*, Mouton; *la femelle*, Brebis; *le jeune*, Agneau. *Les Latins le mâle*, Aries; *lorsqu'il eſt châtré*, Vervex; *la femelle*, Ovis; *le jeune*, Agnus. *Les Hébreux le mâle*, Ail & Eel; *la femelle*, Zon, Zoneh; *le jeune*, Kebes. *Geſn. Aldro. Les Chaldéens le mâle*, Dikerin; *la femelle*, Ana; *le jeune*, Imar. *Geſn. Aldro. Les Grecs le mâle*, Κριὸς; *la femelle*, οἶς. *Les Arabes le mâle*, Karsa; *la femelle*, Genas; *le jeune*, Elg. *Geſn. Aldro. Les Perſes le mâle*, Nerameisch; *la femelle*, Gospand; *le jeune*, Barah. *Geſn. Aldro. Les Eſpagnols le mâle*, Carnéro; *la femelle*, Oveia; *le jeune*, Cordero. *Geſn. Aldro. Les Italiens le mâle*, Montone *ou* Ariete; *la femelle*, Pecora; *le jeune*, Agna, Agno, Agnello. *Geſn. Aldro. Les Suiſſes le mâle*, Herman. *Geſn. Aldro. Les Illyriens* Owcze *ou* Skop. *Geſn. Aldro. Les Polonois*, Owca. *Rzac. Les Allemands le mâle*, Wider; *la femelle*, Schaaff; *le jeune*, Lamb, Lämblin. *Geſn. Aldro. Rzac. Les Flamands le mâle*, Wider; *la femelle*, Schaep; *le jeune*, Lam. *Aldro. Les Suédois*, Foar. *Linn. Les Anglois le mâle*, Ram *ou* Tup; *la femelle*, Sheepe; *le jeune*, Lambe *ou* Hogg. *Geſn. Aldro. Les Ecoſſois*, Heirth. *Aldro. Les Habitans de Madagaſcar*, Agarone. *Aldro.*

Ovis eſt animal ita notum, ut deſcriptione non indigeat. Habitat in omnibus fere locis cultis.

** 2. Ovis laticauda.

Aries laniger, cauda latiſſima. . . . La Brebis a large queue.

Ovis cornibus compreſſis, lunatis. Ovis laticauda. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 33. ſp. 1.* Ovis laticauda Arabica. *Raj. Syn. Quadr. p. 74. no. 2. Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 15. (Fig. bona, excepta cauda). Aldro. Quadr. Biſ. p. 404.* Ovis Arabica. *Jonſt. Quadr. p 44. Fig. T. 23. (Fig. bona).* Aries ſive Ovis Orientalis. *Klein. Quadr. p. 14.* Ovis Turcica. *Charlet. Exerc. p. 9. Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 243.* Ovis laticauda. *Nov. Comment. Petrop. Tom. V. p. 343. (Fig. bona). Les Italiens l'appellent* Pecora d'Arabia con la coda larga. *Geſn. Les Allemands*, Schaaffusz Arabia mit einem breiten Schwantz. *Geſn.*

A præcedente differt magnitudine, qua eam paulum antecellit, & cauda craſſiſſima & latiſſima. Hujusmodi caudas vidi 1 pedem latas, & 3 pollices craſſas. Cubital figura ſua ſat bene imitabantur. Habitat in *Africa*, *Syria*, & *Arabia*.

3. Ovis longicauda.

Aries laniger, cauda longiſſima. . . . La Brebis a longue queue.

Ovis Arabica altera. *Raj. Syn. Quadr. p. 74. Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 15. (Fig. bona).* Ovis Arabiæ longicauda. *Aldrov. Quadr. Biſ. p. 404. Fig. p. 405. (Fig. mala).* Ovis Arabica. *Jonſt. Quadr. p. 44. Fig. T. 23. (Fig. bona). Les Italiens l'appellent* Pecora d'Arabia, con la coda longa. *Geſn. Les Allemands*, Anderley Schaaffusz Arabia, mit einem langen Schwantz. *Geſn.*

Hæc ab *Ove domeſtica* differt tantum longitudine inſolita caudæ, quæ interdum 3 pedes longa eſt. Habitat in *Arabia*.

4. Ovis Africana.

Aries piloſus, pilis brevibus veſtitus. . . . La Brebis d'Afrique.

Ovis

Ovis Africana pro vellere lanoſo pilis brevibus hirtis veſtita. *Raj. Syn. Quadr. p.* 75. *n°.* 4. *Sloane. Vol.* II. *p.* 328. Ovis Æthiopica. *Charlet. Exerc. p.* 9.

Quoad formam corporis externam *Ovibus domeſticis* perſimilis eſt; ſed loco lanæ, corpus pilis brevibus veſtitur. Habitat in *Africa.*

5. Ovis Guineensis.

Aries piloſus, pilis brevibus veſtitus, juba longiſſima, auriculis longis pendulis. . . . La Brebis de Guinée.

Ovis auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 33 *ſp.* 3. Ovis Guineenſis ſive Angolenſis Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 75. *n°.* 5. *Sloane. Vol.* II. *p.* 328. Aries Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 14. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 46. (*Fig. bona*). *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p* 149. Aries Guineenſis, ſive Angolenſis. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 234. (*Fig. bona*). Aries albus Judæorum. *Klein.* Caper Mambrinus. *Charlet. Exerc. p.* 10. *Les Congois l'appellent* Memeriam Bacala. *Marcgr.*

Ovis domeſticæ magnitudinem æquat. Sicut illa, colore variat. Occipitium magis prominet: auriculæ longæ ſunt & pendulæ; caput craſſum; cornua parva, deorſum, usque ad oculos, incurvata, & quaſi torta. Cauda usque ad ſuffragines. Lana caret; ſed pilis brevibus univerſum corpus, excepto collo inferiore longiſſimis pilis obſito, veſtitur. Habitat in *Guinea* & *Braſilia.*

XI. *Genus Bovinum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore nulli, in inferiore octo:
Pes biſulcus:
Cornua ſimplicia,
Ad latera converſa.

** 1. Bos domesticus.

Bos cornibus lævibus, teretibus, sursum reflexis....
Le Boeuf domestique.

Bos cornibus teretibus flexis. Taurus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 34. *sp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 44. Bos domesticus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 70. *n°* 1. *Jonst. Quadr. p.* 26. *Fig. T.* 13, 14, 15. (*Fig. bonis*). *Sloane. Vol.* II. *p.* 327. *Charlet. Exerc. p.* 8. Bos. *Aldrov. Quadr. Bis. p.* 13. *Fig. p.* 36. (*Fig. bona*). *Gesn. Quadr. Fig. p.* 24. (*Fig. bona*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 12. (*Fig. bona*). *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 237. *Rzac. Auct. p.* 329. Taurus domesticus cum Vacca. *Klein. Quadr. p.* 10. Taurus. *Gesn. Quadr. Fig. p.* 103. (*Fig. bona*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 10. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 8. Vacca. *Gesn. Quadr. Fig. p.* 25. (*Fig. bona*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 11. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 8. Vitulus. *Gesn. Quadr. p.* 124. Taureau. *Hist. Nat. Gén. & Part. Ed. in quarto. Tom.* IV. *p.* 474. *Fig. Pl.* XIV. *& Ed. in* 12*o. Tom.* VIII. *p.* 138. *Fig. Pl.* IV. (*Fig. très-bonnes*). *Les François appellent le mâle* Taureau; *lorsqu'il est châtré*, Boeuf; *la femelle*, Vache; *le jeune*, Veau. *Les Latins le mâle*, Taurus; *lorsqu'il est châtré*, Bos; *la femelle*, Vacca; *le jeune*, Vitulus. *Les Hébreux le mâle*, Schor; *lorsqu'il est châtré*, Aleph; *la femelle*, Bakar; *le jeune*, Egel. *Gesn. Aldro. Les Chaldéens le mâle*, Thor *ou* Tora; *la femelle*, Torata; *le jeune*, Ecela. *Gesn. Aldro. Les Arabes le mâle*, Taur; *le jeune*, Egela. *Gesn. Les Grecs*, βοῦς. *Les Espagnols le mâle*, Toro Buyrezio; *lorsqu'il est châtré*, Buey; *la femelle*, Vaca; *le jeune*, Ternera. *Gesn. Aldro. Les Italiens le mâle*, Toro; *lorsqu'il est châtré*, Bue; *la femelle*, Vacca; *le jeune*, Vitello. *Gesn. Aldro. Les Illyriens*, Wul. *Gesn. Aldro. Les Polonois*, Wol. *Rzac. Les Allemands le mâle*, Stier; *lorsqu'il est châtré*, Ochss *ou* Rind; *la femelle* Kü *ou* Kühe; *le jeune*, Kalb. *Gesn. Aldro. Les Flamands le mâle*, Stier; *lorsqu'il est châtré*, Os; *la femelle*, Koe; *le jeune*, Calf. *Aldro. Les Suédois*, Ko, Not. *Linn. Les Anglois le mâle*, Bull; *lorsqu'il est châtré*, Ox; *la femelle*, Cow; *le jeune*, Calf. *Raj. Gesn. Aldro.*

Bos

Bos eſt Animal ita notum, ut deſcriptione non indigeat. A reliquis ſui generis differt cornibus ſuis lævibus & minime rugoſis, ſurſum reflexis. Habitat ubique in locis cultis. Ampliſſime deſcribitur in libro cui titulus: *Hiſtoire Nat. Gén. & Part.* Ed. *in* 4°. *Vol.* IV. *p.* 474. *& ſeq.* & Ed. *in* 12°. *Vol.* VIII. *p.* 138. *& ſeq.*

2. Bubalus Africanus.

Bos cornibus teretibus, ſurſum reflexis, in ſeſe recurvis.... Le Buffle d'Afrique.

Bos Africanus Bellonii, quem pro Bubalo veterum habet. *Raj. Syn. Quadr. p.* 73. *n°.* 6. Exiguus Africanus Bos. *Klein. Quadr. p.* 11. Elegans & parvus Africanus Bos, quem veteres Græci *Bubalum* appellarunt. *Bell. Obſ. Fig. p.* 119. (*Fig. bona*). Bubalus. *Geſn. Quadr. p.* 330. Bubalus Africanus. *Charlet. Exerc. p.* 8. Bubalus Africanus Bellonii. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 33. (*Fig. bona*). Bubalus veterum. *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 363. *Fig. p.* 364. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 37. *Fig. T.* 18. *ſub iſto nomine*, Bubalus Africanus. (*Fig. ſat bona*). Silveſtris Juvenca. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 233. *Fig. T.* 14. *Fig.* 2. (*Fig. bona*). *Les Hébreux l'appellent* Jachmur. *Geſn. Les Perſes*, Moskandaz. *Geſn.*

Corpore minor eſt *Cervo*; ſed *Capreolo* major. Collum habet craſſum & breve, exiguis præditum palearibus; armos elatos & plenos; crura brevia; caudam ad poplites usque promiſſam, nigris pilis obſitam, duplo quam Equini craſſioribus; cornua nigra, teretia, ſurſum lunæ creſcentis in modum reflexa, in ſeſe recurva. Pili ejus flavi ſunt, ſplendentes & læves: venter ex ruffo flaveſcit; dorſum vero ad fuſcum accedit. Habitat in *Africa*.

3. Urus.

Bos cornibus craſſis, brevibus, ſurſum reflexis, fronte criſpa.... L'Aurochs.

Bos cornibus teretibus flexis. Urus. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 34. ſp. 1.* Urus, Biſon. *Klein. Quadr. p. 11.* Urus. *Raj. Syn. Quadr. p. 70. no. 2. Aldro. Quadr. Biſ. p. 346. Fig. p 348. (Fig. mala), & p. 349. (Fig. ſat bona). Geſn. Quadr. Fig p. 157. (Fig. mala). Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 29. (Fig. ſat bona). & p. 30. (Fig. mala). Jonſt. Quadr. p. 36. Fig. T. 20. (Fig. ſat bona). Charlet. Exerc. p. 8. Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 228. Rzac. Auct. p. 323. Les Allemands l'appellent* Urochs *ou* Aurochs *Raj. Geſn. Aldro.* Aver-Ochs. *Rzac. Les Illyriens*, Zubr. *Geſn. Aldro. Les Polonois & les Lithuaniens*, Thur. *Klein. Geſn. Aldro.* Tur; Wolpziki. *Rzac. Les Flamands*, Uros. *Aldro. Les Anglois*, Bulges *ou* Buffes. *Geſn. Aldro.*

Quoad formam corporis externam & colorem, *Bovi domeſtico* ſimilis eſt; ab eo autem differt magnitudine, quæ ad Elephantinam accedit; cornuum brevitate, craſſitie, & validitate; & fronte criſpa. Habitat in *Polonia*, *Boruſſia*, *Livonia*, & *Moſcovia*.

** 4. Bubalus.

Bos cornibus compreſſis, ſurſum reflexis, reſupinatis, fronte criſpa. . . . Le Buffle.

Bos cornibus vaſtis, intortis, reſupinatis. Bubalus. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 34. ſp. 4.* Bubalus. *Raj. Syn. Quadr. p. 72. no. 5. Geſn. Quadr. Fig. p. 139. (Fig. mala). Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 13. (Fig. mala). Proſp. Alp. Ægypt. Vol. II. p. 228. Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 239.* Buffelus. *Klein. Quadr. p. 10. Charlet. Exerc. p 8.* Buffelus, ſive Bubalus vulgaris. *Aldro. Quadr. Biſ. p. 365. Fig. p. 366. (Fig. peſſima). Jonſt. Quadr. p. 38. Fig. T. 20. (Fig. bona).* Buffle *Kolbe. Tom. III. p. 25. Fig. p. 54. f. 3. (Fig. très-bonne). Les Grecs l'appellent* Βούβαλος. *Les Eſpagnols*, Bufano. *Klein. Geſn. Aldro. Les Italiens*, Bufalo. *Raj. Geſn. Les Allemands*, Buffel. *Geſn. Aldro. Les Illyriens*, Bauwol. *Geſn. Aldro. Les Polonois*, Bawol. *Rzac. Les Anglois*, Bugill. *Geſn. Aldro.*

Bove domeſtico major eſt; corpore craſſiore & robuſtio-

buſtiore ; cute duriſſima ; capite parvo , reſpectu corporis; fronte criſpa. Pilus totius corporis eſt niger , aut nigricans , ſicut & cornua , quæ craſſa ſunt, paululum compreſſa, ſurſum reflexa, & parumper reſupinata. Habitat in *Italia* in *Statu Eccleſiaſtico*, & in Regno *Neapolitano*.

5. Bison albus.

Bos cornibus ſurſum reflexis , juba longiſſima.... Le Bison blanc.

Biſon albus Scoticus, vel Calydonius. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 122. *Fig. p.* 123. *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 357. Biſon Scoticus. *Jonſt. Quadr. p.* 37.

A *Bove domeſtico* differt colore , qui per univerſum corpus albus eſt , & juba in collo longiſſima. Habitat in *Scotia* , in ea parte *Calydoniæ* ſylvæ, quæ *Cummirland* appellatur.

6. Bison.

Bos cornibus ſurſum reflexis, dorſo gibboſo, juba, barbaque longiſſimis.... Le Bison.

Bos juba longiſſima dorſo gibboſo. Biſon. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 34. *ſp.* 3. Taurus Ferus. *Klein. Quadr. p.* 11. Biſon. *Raj. Syn. Quadr. p.* 71. *n°.* 3. *Geſn. Quadr. p.* 143. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 31. (*Fig. bona*). *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 353. *Fig. p.* 355. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 36. *Fig. T.* 17. *ſub iſto nomine*, Biſon jubatus. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 8. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 214. *Les Grecs l'appellent* Βίσων. *Les Allemands*, Wisent. *Raj. Geſn. Aldrov. Jonſt. Les Polonois*, Zuber. *Geſn. Rzac. Les Lithuaniens*, Suber. *Geſn.*

Bovem domeſticum magnitudine circiter æquat: ab illo autem differt cornuum amplitudine, barba longiſſima , collo ad armos usque jubis horrido , & dorſo in gibbum aſſurgente. Habitat in *Germania*.

7. Bison Americanus.

Bos cornibus ſurſum reflexis, dorſo gibboſo, capite pilis longiſſimis obſito.... Le Bison d'Amerique.

Bos juba longiſſima, dorſo gibboſo. Taurus Mexicanus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 34. *ſp.* 3. Biſon Indicus. *Klein. Quadr. p.* 13. Taurus Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 587. (*Fig. bona*). Taurus Quiviræ regionis. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 10. Taurus Quiviræ Provinciæ. *Jo. de Laet. p.* 303. Taurus Quivirenſis. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 181. (*Fig. bona*). Biſon Ameriquain. *Cat. App.* (*Fig. très-bonne*). Buffle. *Cat. Rec. des Bêtes. p.* 27.

Bovis domeſtici altitudinem non attingit. Femora & crura habet brevia & craſſa; caput amplum, ſicut & pectus, corporis poſteriore parte multo ſtrictiore; caudam 1 pedem longam, per totam longitudinem nudam, in extremitate tantum pilis longis obſitam; cornua in exortu craſſa, ſurſum reflexa; introrſum recurva; gibbum in dorſo craſſum & elatum. Pilorum color ex fuſco nigreſcit: per hiemem tantum corpus univerſum veſtitur pilis longiſſimis, rigidis, quos æſtate amittit, unde cutis nigra, rugoſa, detecta remanet; caput vero per totum annum pilis longis obſitum eſt. Frons maris pilis unum pedem longis, denſis, & criſpis donatur. Habitat in *America* longe a locis cultis, & prope montes.

8. Bonasus.

Bos cornibus deorſum inflexis, juba ſupra collum longiſſima.... Le Boeuf Sauvage.

Bos juba longiſſima, cornibus in ſe flexis. Bonaſus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 34. *ſp.* 2. Bonaſus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 71. *n.* 4. *Geſn. Quadr. p.* 145. (*caput in ea Fig. ſed cornua male contorquentur*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 32. (*ibi ineſt eadem capitis figura, ut ſupra; ſed cranium*

nium & cornua bene delineantur). *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 358. *Fig. p.* 361. (*eædem ſunt figuræ ac in Geſn. Iconibus p.* 32.) *Jonſt. Quadr. p.* 37. *Fig. T.* 18. (*Fig. bona, ſi jubam haberet*); *& T.* 19. (*in T.* 18. *juba caret, quod male; in* 19. *vero cornua male contorquentur*). *Charlet. Exerc. p.* 8. *Les Grecs l'appellent* Βόναρος. *Les Allemands*, WILDE BUFFEL. *Geſn.* *Les Bohémiens*, LONI. *Geſn.* *Les Péoniens*, MONOPS. *Geſn.*

Bovem domeſticum magnitudine æquat; ſed eſt latior & brevior. Colli pars ſuperior, a cervice ad armos usque, jubata eſt, ut *Equi*. Capronæ ad oculos usque propendent. Cornua pulchre & ſplendide nigra ſunt, & deorſum inflexa. Cauda brevis eſt. Color toto fere corpore flavus. Habitat in *Pæonia*, in monte *Meſſapo*.

[9. BOS CORNIBUS DESTITUTUS.

Bos cornibus carens, capite rotundo.... BOURY.

Flacourt. p. 151.

Magnitudine Bovem noſtratem æquat. Caput rotundum eſt, & cornibus deſtitutum. Ad colli exortum in dorſo gibbus adipoſus datur. Habitat in *Madagaſcar*.]

[10. BOS CORNIBUS PENDULIS.

Bos cornibus ſoli cuti inhærentibus ac pendulis.... BOEUF A CORNES PENDANTES.

Flacourt. p. 151.

Præcedenti ſimilis exceptis cornibus quæ ſoli cuti adhærent, & pendula ſunt. Habitat in *Madagaſcar*.]

[11. BOS CAUDA EQUINA.

Bos grunniens, villoſus, cauda equina.... LE BOEUF A QUEUE DE CHEVAL.

Vacca grunniens, villosa, cauda equina. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* V. *p.* 339. (*Fig. bona*). *Les Calmoucs l'appellent* SARLUX.

Longitudine æquat $2\frac{1}{2}$ ulnas Russicas. Cornua introrsum torta. Caput & corpus nigra si excipias frontem & spinam dorsi quæ albescunt. Collum jubatum, totumque corpus Hirci instar villosum, pilis longissimis ad genua usque dependentibus. Dorsum in gibbum assurgit. Cauda equina, prolixa, alba. Pedes anteriores nigri, posteriores albi. Ad talos posteriorum pedum utrinque pilorum insignis cirrus. Ad anteriores unus tantum in singulis pedibus, in postica parte situs. Non mugit, sed Suis instar grunnit. Habitat in *Calmuccicis* regionibus.]

SECTIO II.

Ea quorum cornua sunt ramosa.

In hac Sectione unicum est Genus, scilicet *Cervinum.*

XII. *Genus Cervinum.*

Hujus character est
Dentes incisores in maxilla superiore nulli, in inferiore octo:
Pes bisulcus:
Cornua ramosa.

Obs. In hoc Genere Ruminantium mares omnes cornua ramosa gerunt; fœminæ vero sunt cornibus destitutæ, si duas excipias, scilicet *Rangiferam fœminam*, & *Cervam Groenlandicam.*

** 1. CERVUS.

Cervus cornibus teretibus, ad latera incurvis. . . . LE CERF.

Cervus cornibus ramosis, teretibus, incurvis. Cervus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 31. *sp.* 3. *Faun. Suec. Linn. n.* 38.

no 38. Cervus nobilis. *Klein. Quadr. p.* 23. Cervus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 84. *no.* 1. *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 769 *Fig. p.* 774 (*Fig. bona*). *Geſn. Quadr. Fig. p.* 354. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon Quad. p.* 43 *Fig. p.* 44. (*Fig. bona*). *Jonſt Quadr. p.* 58. *Fig. T.* 32. & 35. (*Fig. ſat bonis*). *Muſ. Worm. p.* 338 *Charlet. Exerc. p.* 11. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 216. *Rzac. Auct. p.* 308. *Les François appellent le mâle* CERF; *la femelle*, BICHE; & *le jeune*, FAON. *Les Latins le mâle*, CERVUS; *la femelle*, CERVA; *le jeune*, HINNULUS. *Les Hébreux le mâle*, AIAL; *la femelle*, AIAL; AIALA; AIELET; *le jeune*, OFER. *Geſn. Aldro. Les Chaldéens*, AIELA. *Geſn. Aldro. Les Arabes*, AIAL. *Geſn. Aldro. Les Grecs*, ελαφος. *Les Perſes*, GEVAZEN. *Geſn. Aldro. Les Eſpagnols le mâle*, CIERVO; *la femelle*, CIERVA. *Geſn. Aldro. Les Italiens le mâle*, CERVO; *la femelle*, CERVA. *Geſn. Aldrov. Les Allemands le mâle*, HIRTS *ou* HIRS, *ou* HIRSCH; *la femelle*, HINDE *ou* HINDIN; *le jeune*, HINDE KALB. *Geſn. Aldro. Rzac. Les Illyriens*, GELEN. *Geſn. Les Polonois le mâle*, JELIJENII; *la femelle*, LANII. *Geſn. Aldro.* JELEN. *Rzac. Les Suédois*, HIORT, KRONHIORT *Linn. Les Anglois*, REDDE'ER; *ils appellent le mâle* STAGG *ou* HART; *la femelle*, HIND; *le jeune*, CALF. *Raj. Geſn.*

Cervus eſt animal ita notum, ut ampla deſcriptione non indigeat. A parte ſuperiore dorſi ad terram usque, $3\frac{1}{2}$ pedes altus eſt; ab extremitate vero oris ad caudam, 6 pedes longus. Cornua ipſius $2\frac{1}{2}$ pedes circiter longa ſunt, parumper ad latera incurvantur, ſuntque teretia & ramoſa, & quisque ramus in acutum definit. Caput habet oblongum; oculos & auriculas ſat magnas; collum longum & gracile; caudam brevem; crura maxime gracilia. Pilus ei mollis, in dorſo ex ruffo flaveſcit; in ventre parumper candicat. Dorſi color in fœminis, præſertim in *Hinnulis*, plerumque maculis albis variegatur. Habitat in ſylvis.

2. CERVUS GERMANICUS.

Cervus cornibus teretibus, ad latera incurvis, collo infra jubato.... LE CERF D'ALLEMAGNE.

Tra-

Tragelaphus. *Aldro. Quadr. Bif. p.* 857. *Fig. p.* 858. *Jonſt. Quadr. p.* 63. *Charlet. Exerc. p.* 12. Tragelaphus, id eſt, Hirco-Cervus. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 1101. Tragelaphus quorumdam. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 46. *Fig. p.* 47. Hippelaphus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 35. *Les Allemands l'appellent* BRANDHIRTS. *Geſn. Charlet.*

Præcedente major eſt. Præterea ab eo differt, quod habeat collum pilis longis veſtitum; & colore, qui in ſuprema dorſi parte cinereus eſt, & in ventre nonnihil nigreſcens. Habitat in *Miſenæ* ſaltibus, *Boëmiæ* vicinis.

3. CERVUS CANADENSIS.

Cervus cornibus teretibus, ab imo ad ſummum cute piloſa tectis. . . . LE CERF DE CANADA.

Cervus Canadenſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 84. *Klein. Quadr. p.* 23. Cerf de Canada. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 2. *p.* 67. *Fig. Pl.* 45. (*Fig. bonne*).

A parte ſuperiore dorſi ad terram usque, 4 pedes altus eſt. Cornua 3 pedes longa, teretia ſunt, ramoſa, ab imo ad ſummum tecta cute undique obſita pilis brevibus & denſis, ejusdem coloris ac pili corporis, qui ſunt obſcure fulvi. In reliquis Cervo noſtrati ſimilis eſt. Habitat in *Canada*.

4. CERVUS GROENLANDICUS.

Cervus cornibus teretibus, ab imo ad ſummum cute piloſa tectis, naſo piloſo. . . . LE CERF DE GROENLAND.

Caprea Groenlandica. *Raj. Syn. Quadr. p.* 90. *n°.* 8. Daim de Groenlande. *Edwards. Part.* 1. *Fig. p.* 51. (*Fig. bonne*).

Multo craſſior eſt quam alia omnia hujus generis Quadrupeda. Craſſitie ſuarum omnium partium, *Vitulo* magis ſimilis eſt, quam *Cervo*. A parte ſupe-

periore humerorum usque ad terram, 3 circiter pedes altus est. Collum multo brevius, & crura crassiora, quam in Cervino genere esse solent. Cauda brevis; oculi sat magni; cornua 1½ pedem circiter longa, teretia sunt, ramosa, & sicut in præcedente, tecta ab imo ad summum cute pilis fulvis undique obsita; & (quod ei maxime singulare) nasus pilis undique tectus est, in ea etiam parte, quæ in aliis hujus generis cute nuda & humida tegitur. Æstivo tempore pili ei breves sunt, molles & dilute cinerei; hieme vero, inter hos primos proveniunt alii pili longi & rigidi, ex fulvo, fusco, & albo variegati. Hujus speciei fœmina cornigera est sicut & mas. Habitat in *Groënlandia*.

** 5. Capreolus.

Cervus cornibus teretibus erectis.... Le Chevreuil.

Cervus cornibus ramosis teretibus erectis. Capreolus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 31. *sp.* 6. *Faun. Suec. Linn. no.* 41. Cervus Minimus, Capreolus: Cervulus. Caprea. *Klein. Quadr. p.* 24. Caprea Plinii, Capreolus vulgo. *Raj. Syn. Quadr. p.* 89. *no.* 6. Caprea Plinii, sive Capreolus. *Aldro. Quadr. Bif. p.* 378. Caprea, sive Capreolus, sive Dorcas. *Gesn. Quadr. Fig. p.* 324. *&* 1098. (*Fig. sat bonis*). *Gesn. Icon. Quadr. p.* 48. *Fig. p.* 49. (*Fig. sat bona*). Caprea Plinii. *Jonst. Quadr. p.* 54. *Fig. T.* 33. *sub isto nomine*, Capreolus Marinus. (*Fig. sat bona*). Capreolus; Dorcas. *Mus. Worm. p.* 339. Dorcas. *Charlet. Exerc. p.* 12. *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 217. *Rzac. Auct. p.* 309. Chevreuil. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 34. *Fig. p.* 4. *F.* 5. *Les Hébreux appellent le mâle* Zebi; *la femelle*, Zebiah; *le jeune*, Ophen. *Gesn. Les Chaldéens*, Thabia. *Gesn. Les Arabes*, Thabiu. *Gesn. Les Grecs*, Δορκάδιον. *Les Perses*, Ahu. *Gesn. Les Espagnols*, Zorlito *ou* Carronzillo montes. *Gesn. Aldro. Les Italiens le mâle*, Capriolo *ou* Cavriolo; *& la femelle*, Capriola *ou* Cavriola. *Gesn. Les Allemands*, Reech; *ils appellent le mâle* Reechbock; *& la femelle*, Rerchgeiss. *Gesn. Aldro. Rzac.*

Les

Les Illyriens, SRNA *ou* SARNA. *Geſn. Aldro.* *Les Polonois*, SARN; SARNA; KOZA LESNA. *Rzac.* *Les Danois*, RAADIUR. *Worm.* *Les Suédois*, RÅDIUR. *Linn.* *Les Anglois*, ROE-DEER. *Raj.*

A parte ſuperiore dorſi ad terram usque, 2 pedes altus eſt; ab extremitate oris ad caudam, 3½ pedes circiter longus. Cornua, 8 pollices longa, erecta ſunt, teretia & ramoſa; & unusquisque ramus in acumen deſinit; auriculæ 4½ pollices longæ; cauda brevis. Pilorum color ex fuſco, cinereo, & ſordide candido variegatur. In dorſo magis fuſcus eſt: in ventre vero ſordide albicat. Habitat in Sylvis.

Obſ. Capreoli Braſiliani a *Marcgravio*, *Hiſt. Br. p.* 235. & *Piſone*, *Hiſt. Nat. p.* 97. deſcripti, ſub iſtis nominibus, *Cuguacu-Ete*, & *Cuguacu-Apara*, hujus ſpeciei varietates mihi videntur, ſicut & duo Cervi a *Barrera*, *Hiſt. Fr. Eq. p.* 151. citati, unus ſub titulo, *Cervus major corniculis breviſſimis*, alter ſub iſto, *Cervus minor paluſtris corniculis breviſſimis.*

* 6. KARIBOU.

Cervus cornibus rectis, ad baſim ramo unico antrorſum verſo.... LE KARIBOU.

Cervus Burgundicus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 35. (*Fig. ſat bona*).

Nullibi deſcriptionem ipſius inveni, caput tantummodo vidi; 14 circiter pollices longum eſt: auriculæ 4 pollices æquant. Cornua recta 10 pollices longa, ad baſim ramo unico 2½ pollices longo, antrorſum verſo donantur. Pili breves, ex fulvo fuſci, caput obtegunt. Habitat in *Canada*.

* 7. DAMA VULGARIS.

Cervus cornuum unica & altiore ſummitate palmata.... LE DAIM.

Cervus cornibus ramoſis, compreſſis, ſummitatibus palmatis. Dama. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 31. *ſp.* 5. *Faun.*

Faun. Suec. Linn. no. 40. Cervus Platyceros, vel Platyceros ſimpliciter dictus; Dama vulgo. *Raj. Syn. Quadr. p.* 85. no. 2. *Sloane. Vol.* II. *p.* 328. Cervus palmatus, Dama; Dama-Cervus. *Klein. Quadr. p.* 25. Dama. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 217. Dama vulgaris. *Aldro. Quadr. Biſ. Fig. p.* 741. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p.* 55. *Fig. T.* 31. *ſub iſto nomine*, Dama-Cervus. (*Fig. ſat bona*). Dama recentiorum. *Rzac. auct. p.* 308. Dama vulgaris, ſive recentiorum. *Geſn. Quadr. p.* 335. *Fig. p.* 1100. (*Fig. bona*). Platyceros. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 50. *Fig. p.* 51. (*Fig. bona*). Daim. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 39. *Les Eſpagnols l'appellent* GAMO *ou* CORZA. *Aldro. Geſn. Les Italiens*, DAINO *ou* DANIO. *Geſn. Aldro. Rzac. Les Allemands*, DAMHIRSCH. *Raj. Jonſt. Rzac.* DAM *ou* DÄMLIN, *ou* DAM HIRTS. *Geſn. Aldro. Les Polonois*, LANII. *Geſn. Aldro.* DANIEL. *Rzac. Les Suédois*, DOF; DOFHIORT. *Linn. Les Anglois*, FALLOW-DEER. *Ils appellent le mâle* BUCK; *la femelle*, DOE; *le jeune*, FAWN. *Raj.*

Multo minor eſt *Cervo* noſtrate, a quo etiam differt cornibus, quorum ramus excelſior palmatus eſt, & colore ex cinereo flavicante in dorſo, in ventre albo: qui color cinereus interdum, præſertim in junioribus, maculis albis variegatur.

Obſ. Hujus ſpeciei multæ ſunt varietates. *Virginianæ Damæ* majores ſunt & validiores noſtratibus. *Hiſpanicæ Cervorum* magnitudinem adæquant, & coloris ſunt obſcurioris. Dantur aliæ variis coloribus variæ.

* 8. RANGIFER.

Cervus cornuum ſummitatibus omnibus palmatis.... LE RHENNE.

Cervus cornibus ramoſis, teretibus, ſummitatibus palmatis. Rangifer. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 31. *ſp.* 4. *Faun. Suec. Linn.* no. 39. Cervus Rangifer. *Raj. Syn. Quadr. p.* 88. no. 4. *Klein. Quadr. p.* 23. Cervus palmatus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 37. (*Fig. ſat bona*). *Aldro. Quadr. Biſ. Fig. p.* 857. (*Fig. ſat bona*). Cervus mirabilis. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 36. (*Fig. ſat bona*). Rangifer. *Aldrov. Quadr. Biſ. Fig. p.* 863. (*Fig. peſſima*).

ma). Geſn. Quadr. Fig. p. 950. (Fig. peſſima). Jonſt. Quadr. p. 64. Fig. T. 37. (Fig. peſſima). Muſ. Worm. p. 337. Charlet. Exerc. p. 12. Tarandus. *Aldro. Quadr. Biſ. p. 859. Fig. p. 861. (Fig. ſat bona). Geſn. Icon. Quadr. p. 57. Fig. p. 58. (Fig. ſat bona). & p. 59. (Fig. peſſima). Charlet. Exerc. p. 12.* Tarandus Agricolæ, & Eliotæ. *Raj.* Machlis Plinio. *Raj. Les Grecs l'appellent* Ἱππέλαφος. *Les Allemands* REIN, *ou* REEN, *ou* REYNER, *ou* RAINGER, *ou* REINSSTHIER. *Geſn. Les Polonois*, RENSCHERON. *Geſn. Les Suédois*, RHEN. *Linn. Les Norvégiens*, REINEN, *ou* REINSDIUR. *Worm. Les Lapons*, REEN. *Geſn. Les Anglois*, RAIN-DEER. *Raj.*

Ad magnitudinem & figuram *Cervi* quam proxime accedit: membra tamen ipſius graciliora ſunt. Cornua magna, ramoſa, juxta caput teretia, omnibus extremitatibus palmatis, mucronibus in extremo palmarum extantibus. Pilorum color griſeus, qui tamen ſecundum anni tempus mutatur. Hujus ſpeciei fœminæ cornigeræ ſunt, ſicut & mares; ſed cornua ſunt minora. Habitat in *Septentrionalibus regionibus.*

** 9. ALCES.

Cervus cornibus ab imo ad ſummum palmatis. . . . L'ELAN.

Cervus cornibus a caulibus palmatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 31. ſp. 2. Faun. Suec. Linn. n. 37.* Cervus palmatus. Alce, vera & legitima. Magnum animal vulgo. *Klein. Quadr. p. 24.* Alce. *Raj. Syn. Quadr. p. 86. nº. 3. Aldro. Quadr. Biſ. p. 866. Fig. p. 869. & 870. (Fig. peſſimæ). Geſn. Quadr. Fig. p. 1. (Fig. ſat bona). Geſn. Icon. Quadr. p. 52. Fig. p. 53. (Fig. ſat bona). Jonſt. Quadr. p. 65. Fig. T. 30. & 31. (Fig. ſat bonæ); in eo tamen peccant figuræ Gesneri & Jonſtoni, quod pilis ſupra collum longiſſimis, & caruncula ſub mento donentur. Muſ. Worm. p. 336.* Alces *Charlet. Exerc. p. 12.* Alce, ſive Alces. *Rzac. auct. p. 304.* Alce, ſeu Alces. Equicervus. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 212.* Elant. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. Part. I. p. 179. Fig. Pl. 25. (Fig. très-bonne). Les*

Grecs

Grecs l'appellent Αλκη *Les Italiens*, GRANBESTIA. *Rzac. Les Allemands*, ELK *ou* ELLEND. *Raj. Gesn. Worm. Charlet. Aldro. Rzac. Les Illyriens*, LOS *ou* GELM. *Gesn. Aldro. Les Polonois*, LOS. *Gesn. Aldro. Rzac. Les Moscovites*, LOS. *Gesn.* LOZZOS. *Aldro. Les Suédois*, ÆLG. *Linn. Les Danois*, ELSDIUR. *Worm. Les Anglois*, ELK. *Raj. Charlet. Les Septentrionaux*, ANIMAL MAGNUM. *Hist. de l'Acad. Les Canadiens*, ORIGNAL.

Equi magnitudinem fere attingit. Caput habet longum; collum breve; labia, præsertim superius, magna & crassa; oris rictum magnum; auriculas longas *Asininis* similes; caudam brevissimam; clunes humeris parumper altiores; pilos crassos, 3 pollices longos, cinereos. Cornua ab imo ad summum palmata sunt, mucronibus aliquot in ambitu exteriori extantibus. Habitat in *Lithuania*, *Scandinavia*, *Moscovia*, & *Canada*.

SECTIO III.

Ea quæ sunt acornia.

In hac Sectione unicum est genus, scilicet QUADRUPEDUM ruminantium pede bisulco, quibus *Tragulorum* nomen impositum.

XIII. *Genus Traguli.*

Hujus character est
Dentes incisores in maxilla superiore nulli, in inferiore octo:
Pes bisulcus:
Cornua nulla.

** 1. TRAGULUS INDICUS.

Tragulus pilis brevibus supra fulvis, infra albicantibus. . . . LE CHEVROTAIN DES INDES.

Capra pedibus digito humano angustioribus. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 32. sp. 4.* Tragulus; Cervula parvula Africana ex Guinea acornis. *Klein. Quadr. p. 22.* Tragulus, sive Hinnulus, aut Cervus juvencus pergracilis Africanus, cujus pedes auro circumcluduntur. *Klein. Quadr. p. 22.* Cerva parvula Africana ex Guinea, rubida, sine cornibus. *Seba Vol. I. p. 70. Fig. T. 43. Fig. 1. (Fig. bona).* Hinnulus, seu Cervus juvencus, pergracilis, Africanus. *Seba Vol. I. p. 70. Fig. T. 43 F. 2. (Fig. bona).* Cervus juvencus, perpusillus Guineensis. *Seba Vol. I. p. 70. Fig. T. 43. F. 3. (Fig. bona).* Chévre de Congo. *Kolbe. Tom. III. p. 39.*

A parte superiore dorsi ad terram usque, 7 pollices altus est; a vertice ad caudam, 1 circiter pedem longus. Caput 3 pollices longum; auriculæ 1 circiter pollicem; cauda brevis, pilis longis dispersisque, ex ruffo & albo variegatis, vestita. Diameter crurum in parte strictiore 2 tantum linearum est. Pilus ei brevis & fulvus in parte superiore capitis, colli & dorsi, ex fusco admixtus. Guttur, venter, & femorum pars interior, albescunt. Dentes habet 26, scilicet in maxilla inferiore 8 incisores, quorum duo intermedii spathæformes sunt, cæteri vero per totam longitudinem strictiores; & 8 molares, 4 utrinque: in superiore vero maxilla molarium parem numerum, & insuper caninos 2, utrinque unum. Habitat in *Guinea* & *India*.

2. Tragulus Guineensis.

Tragulus pilis longissimis obscure fulvis.... Le Chevrotain de Guinée.

Tragulus Guineensis pilo rubro longiore. *Klein. Quadr. p. 22.* Cervus Africanus pilo rubro. *Seba Vol. I. p. 73. Fig. T. 45. F. 1. (Fig. bona).*

Præcedentis magnitudinem æquat: ab eo tamen differt cruribus longioribus; & pilo longiori, coloris fulvi longe obscurioris. Habitat in oris *Guineæ*.

3. Tra-

3. Tragulus Surinamensis.

Tragulus ex ruffo luteus, maculis albis variegatus.... Le Chevrotain de Surinam.

Tragulus Surinamenſis: ſubrubra Cervula albis maculis notata. *Klein. Quadr. p.* 22. Cervula Surinamenſis ſubrubra, albis maculis notata. *Seba Vol.* I. *p.* 71. *Fig. T.* 44. *F.* 2. (*Fig. bona*).

Præcedentes magnitudine circiter æquat. Auriculæ magnæ ſunt & longæ; cauda brevis & obtuſa. Pilus ex ruffo luteus, in dorſo & parte colli ſuperiore maculis albis variegatur. Habitat in *Surinamenſi* tractu.

4. Tragulus Africanus.

Tragulus in medio capite faſciculum piloſum erectum gerens.... Le Chevrotain d'Afrique.

Capra capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 32. *ſp.* 10. Capra Sylveſtris Africana Grimmii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 80. *n°.* 7. Tragus, Capra Sylveſtris Africana Grimmii. *Klein. Quadr. p.* 19.

Colore eſt obſcure cinereo. In medio capite faſciculum piloſum erectum gerit. In utroque latere, naſum inter & oculos, duas cavitates exhibet, quæ pinguem & oleoſum flavum liquorem continent, qui in nigram materiam coagulatur, odoreque inter caſtoreum & moſchum medio pollet. Habitat in *Africa.*

5. Moschus.

Tragulus ad umbilicum folliculum moſchiferum gerens.... Le Musc.

Animal Moſchiferum. *Raj. Syn. Quadr. p.* 127. *Euſt. Nieremb. p.* 184. Tragus Moſchiferus. Moſchus. *Klein. Quadr. p.* 18. Moſchus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.*

6. *g.* 30. *ſp.* 1. Moſchi Capreolus. *Geſn. Quadr. p.* 786. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 52. (*Fig. ſat bona*). Capra Moſchi. *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 743. *Fig. p.* 744. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 55. *Fig. T.* 29. *ſub hoc nomine*, Capreolus Moſchi. (*Fig. ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 10. Cervus odoratus aliis. *Charlet.* Hiam, Animal Muſci. *Flor. Sin. Fig. p.* Z. (*Fig. ſat bona*). *Les Chinois l'appellent* HIAM. *Boym. Les Italiens*, CAPRIOLO DEL MUSCO. *Geſn. Les Allemands*, BISEMTHIER *ou* BISEMREECH. *Geſn.*

A vertice ad caudam, 3 pedes longus eſt. Caput ſemipedem longitudine ſuperat. Frons 3 pollices lata. Auriculæ *Cuniculorum* noſtratium auriculis ſimiles, 4 pollices longæ, & erectæ. Crura anteriora 14 pollices longa. Cauda 2 pollices non excedit. Os valde acutum. Corporis pars ſuperior undique tecta eſt pilis e luteis, caſtaneis, & albis portiunculis alternis, a radice ad apicem usque, variis. Pili in capite & cruribus fuſci, ſeu brunnei, in ventre vero & ſub cauda albi ſunt. Ad umbilicum folliculus eſt moſcho continendo inſerviens, 3 pollices longus, 2 latus, a ventre ad unius circiter pollicis ſpatium protuberans. Extus piloſus eſt; in interiore vero ſuperficie ſpecialem habet pelliculam moſchum cingentem, in qua plures glandulæ, ad moſchi procul dubio ſecretionem inſervientes, reperiuntur. Dentes habet 26; ſcilicet in maxilla inferiore inciſores octo, & molares totidem, 4 utrinque; in ſuperiore vero molarium parem numerum, & inſuper caninos duos, unum utrinque. Habitat in *Sinenſi* regione.

ORDO VI.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla & pede ſolidungulo donata.

Genus *Equinum* unicum eſt ad hunc Ordinem conſtituendum.

XIV.

XIV. *Genus Equinum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Pes ſolidungulus.

** 1. EQUUS.

Equus auriculis brevibus erectis, juba longa.... LE CHEVAL.

Equus cauda undique ſetoſa. Equus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 27. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 34. Equus domeſticus, cicuratus. *Klein. Quadr. p.* 4. Equus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 62. *n°.* 1. *Aldro. Quadr. Solid. p.* 12. *Fig. p.* 21. (*Fig. bona*). *Geſn. Quadr. p.* 442. *Fig. p.* 443. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 19. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 1. *Fig. T.* 1, 2, 3 & 4. (*Fig. bonis*) *Charlet. Exerc. p.* 3. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 240. *Rzac. Auct. p.* 332. *Sloane. Vol.* II. *p.* 327. Cheval. *Hiſt. Nat. Gén. & Part. Ed. in* 4°. *Tom.* IV. *p.* 258. *Fig. Pl.* I. *& Ed. in* 12. *Tom.* VII. *p.* 372. *Fig. Pl.* I. (*Fig. très-bonnes*). *Les François appellent le mâle* CHEVAL; *lorsqu'il eſt coupé*, CHEVAL ONGRE; *la femelle*, JUMENT; *le jeune*, POULAIN. *Les Hébreux*, *le mâle*, SUS; *la femelle*, SUSAH. *Aldro. Geſn. Les Chaldéens*, SUSUATHA. *Aldro. Geſn. Les Grecs*, Ἵππος. *Les Arabes*, BAIEL. *Geſn. Les Perſes*, ASBECHA. *Geſn. Les Eſpagnols*, *& les Italiens*, CAVALLO. *Aldro. Geſn. Les Allemands*, ROSS. *Aldro. Geſn. Les Bohémiens*, KUN. *Aldro. Geſn. Les Illyriens*, KOBYLA. *Aldro. Les Polonois*, KON. *Aldro. Geſn. Rzac. Les Suédois*, HÄST. *Linn. Les Flamands*, *le mâle*, PEERT *ou* HEINST; *lorsqu'il eſt coupé*, RUYN; *la femelle*, MERRI. *Aldro. Les Anglois*, HORSE. *Aldro. Geſn.*

Equus eſt animal ita notum, ut deſcriptione non indigeat. Ampliſſime deſcribitur in Libro cui titulus, *Hiſtoire Naturelle*, *Générale & Particulière*, *avec la Deſcription du Cabinet du Roi*, *&c.* Ed. *in* 4°. *Vol.* IV. *p.* 258. *& ſeq.* & Ed. *in* 12°. *Vol.* VII. *p.* 372. *& ſeq.* Habitat ubique terrarum.

**. 2. Zebra.

Equus auriculis brevibus erectis, juba brevi, lineis transverſis verſicolor.... Le Zebre, ou l'Ane rayé.

Equus lineis transverſis verſicolor. Zebra. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 27. ſp. 3* Equus ferus genere ſuo. Zebra. *Klein. Quadr. p. 5. B.* Zebra. *Raj. Syn. Quadr. p. 64. n°. 4. Euſ. Nieremb. p. 168.* Zebra. Indica. *Aldro. Quadr. Solid. p. 416. Fig. p. 417. (Fig. ſat bona). Jonſt. Quadr. p. 17. Fig. T. 5. (Fig. bona). Charlet. Exerc. p. 4.* Ane Sauvage. *Kolbe. Tom. III. Fig. p. 22. (Fig. bonne). Les Portugais l'appellent* Burro do Matto. *Klein.*

Equum mediocrem magnitudine circiter adæquat. Auriculas habet auriculis *Equinis* paulo longiores; jubam multo breviorem. Per totum corpus lineis transverſis, alternatim nigris & flavis in mare, & alternatim nigris & albicantibus in fœmina, variegatur. Habitat in *Africa*, & præſertim in *Capite Bonæ Spei.*

** 3. Asinus.

Equus auriculis longis, flaccidis, juba brevi.... L'Ane.

Equus cauda extremo ſetoſa. Aſinus. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 27. ſp. 2. Faun. Suec. Linn. n°. 35.* Aſinus. *Raj. Syn. Quadr. p. 63. n°. 2. Klein. Quadr. p. 6. A. Aldro. Quadr. Solid. p. 295. Geſn. Quadr. p. 3. Fig. p. 4. (Fig. bona). Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 20. (Fig. bona). Jonſt. Quadr. p. 12. Fig. T. 6. (Fig. bona.) Sloane. Vol. II. p. 372.* Aſinus domeſticus. *Charlet. Exerc. p. 4.* Ane. *Hiſt. Nat. Gén. & Part. Ed. in 4°. Tom. IV. p. 401. Fig. Pl. XI. & Ed. in 12. Tom. VIII. p. 40. Fig. Pl. I. (Fig. très-bonnes). Les Hébreux l'appellent* Chamor. *Aldro. Geſn. Les Grecs*, Ὄνος. *Les Perſes*, Care. *Aldro. Geſn. Les Eſpagnols*, Asno. *Aldro. Geſn. Les Italiens*, Lasino. *Geſn. Les Allemands*, Esel. *Aldro. Geſn. Les Illyriens*, Osel. *Aldro. Geſn. Les Suédois*, Åsna. *Linn. Les Anglois*, Asse. *Aldro. Geſn.*

Minor

Minor eſt *Equo* magnitudinis vulgaris; auriculas habet multo longiores, latiores, & flaccidas; jubam brevem; caudam cauda *Equina* longiorem, in extremitate tantum ſetoſam. Aſini color vulgaris ex cinereo griſeus eſt. Dantur etiam albi, ruſſi, fuſci & nigri. Per dorſi longitudinem extenditur linea nigra, altera linea transverſa etiam nigra per ſcapulas ducta. Hæ duæ lineæ ſimul crucem efformant. Habitat ubique, exceptis locis frigidiſſimis. Ampliſſime deſcribitur in Libro cui titulus, *Hiſtoire Naturelle, Générale & Particulière, &c.* Ed. *in* 4°. *Vol.* IV. *p.* 404. *& ſeq.* & Ed. *in* 12°. *Vol.* VIII. *p.* 40. *& ſeq.*

** 4. MULUS.

Equus auriculis longis, erectis, juba brevi. . . . LE MULET.

Equus cauda extremo ſetoſa. Mulus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 27. *ſp.* 2. *b. Faun. Suec. Linn. n°.* 35. *a.* Aſinus biformis hybridus. Mulus. *Klein. Quadr. p.* 6. *B.* Mulus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 64. *Aldro. Quadr. Solid. p.* 358. *Geſn. Quadr. p.* 794. *Fig. p.* 793. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 21. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 15. *Fig. T.* 6. (*Fig ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 4. *Sloane. Vol.* II. *p.* 327. *Les François appellent le mâle* MULET; *la femelle*, MULE. *Les Hébreux, le mâle*, PERED; *la femelle*, PIRDAH. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, CUDANA. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Ἡμίονος. *Les Arabes*, BEAL. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols, & les Italiens le mâle*, MULO; *la femelle*, MULA. *Geſn. Les Allemands*, MULTHIER *ou* MULESEL. *Geſn. Les Illyriens*, MEZECK. *Geſn. Aldrov. Les Suédois*, MULASNA. *Linn. Les Anglois*, MULE. *Geſn.*

Mulus non eſt certa & conſtans Animalis ſpecies; ſed hybrida, & ſpuria ab *Aſino Equam* incunte genita, quæ ſibi ſimilem procreare nequit. Quoad formam corporis externam, auricularum longitudinem, jubæ brevitatem patri, quoad magnitudinem matri

ſimilis eſt. Sicut *Aſinus* caudam habet longam, in extremitate tantum ſetoſam. Color ipſius vulgaris eſt niger, vel ex fuſco nigreſcens. Crucem ſaturatioris coloris, ſicut *Aſinus*, in dorſo gerit.

5. ONAGER.

Equus auriculis longis, juba brevi, pelle tuberculis parvis ſcabra. . . . L'ANE SAUVAGE.

Equus cauda extremo ſetoſa. Onager. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 27. *ſp.* 2. *a.* Aſinus ſylveſtris; Aſiniferus; Onager. *Klein. Quadr. p.* 7. *C.* Onagrus, ſive Aſinus ſylveſtris. *Geſn. Quadr. p.* 19. Onager. *Raj. Syn. Quadr. p.* 63. *n°.* 3. *Aldrov. Quadr. Solid. p.* 352. *Jonſt. Quadr. p.* 14. *Fig. T.* 12. (*Fig. cornuta, quod male*). *Charlet. Exerc. p.* 4. *Les Grecs l'appellent* Οναγρος. *Les Allemands*, WALD EZEL. *Geſn. Les Anglois*, WILD Ass. *Raj.*

Aſino domeſtico perquam ſimilis eſt; in eo tantum ab illo differt, quod pellis ejus tuberculis parvis ſit ſcabra, qua pelle efficitur quod Gallice *Chagrin* vocatur.

[*6.* MANGARSAHOC.

Equus auriculis longis & pendulis. . . . LE MANGARSAHOC.

Flacourt. p. 154.

Magnitudine Equum noſtratem ſuperat. Auriculæ ſunt admodum longæ; & ſupra oculos, pendulæ. Vocem habet aſininam. Habitat in Inſula *Madagaſcar.*]

ORDO VII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla, & pede biſulco donata.

In hoc Ordine unicum continetur Genus, ſcilicet *Suillum:* in quo Genere dentium inciſorum numerus ſæpiſſime variat. Hujus enim Generis QUADRUPEDA dentibus inciſoribus, in maxilla ſuperiore, modo 4, modo 5, modo 6; in maxilla vero inferiore modo 4, modo 6, modo 8 donantur. Quæ varietas in numero dentium in errorem inducere nequit, quoniam Genus iſtud unicum eſt quod *dentibus inciſoribus* in utraque maxilla, & ſimul *pede biſulco* donetur.

XV. *Genus Suillum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla:
Pes biſulcus.

Obſ. 1. Si dentium inciſorum numerus ſit æqualis in duobus maxillis, 4 ſunt vel 6 dentes in utraque.

Obſ. 2. Si vero ſit inæqualis, maxilla inferior ſemper majore numero donatur.

Obſ. 3. Major ille numerus dentium inciſorum minorem duobus dentibus tantum excedit, utrinque uno.

Obſ. 4. Varius ille dentium inciſorum numerus ad diſtinguendas inter ſe hujus generis ſpecies varias inſervire nequit: in diverſis enim ejusdem ſpeciei individuis variat ille numerus. Ad ſexus etiam diſtinctionem nequaquam aptus eſt; plures enim *Porcos domeſticos* mares & fœminas obſervavi, in quibus in utroque ſexu indifferenter omnes illas varietates reperi.

Obſ. 5. Dentes inciſores in maxilla ſuperiore ſunt convergentes; in inferiore vero, ſaltem intermedii, oblique inclinati & prominentes.

Obſ. 6. Omnia hujus Generis QUADRUPEDA roſtrum habent oblongum, in planum rotundum terminatum, in quo ſunt nares.

** 1. Sus domesticus.

Sus caudatus, auriculis oblongis, acutis, cauda pilosa. . . . Le Cochon domestique.

Sus dorso antice setoso, cauda pilosa. Sus, seu Porcus domesticus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6 *g* 28. *sp.* 1. *a. Faun. Suec. Linn. n°.* 36. Sus seu Porcus domesticus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 92. *n°* 1. *Sloane Vol.* II. *p.* 328. Porcus: Sus: Scropha: Verres. *Klein. Quadr. p.* 25. Sus. *Gesn. Quadr. p.* 982. *Fig. p.* 983. (*Fig. bonis*). *Aldrov. Quadr. Bisf. p.* 937 *Fig. p.* 1006 (*Fig. bona.*) Sus, vel Scropha: Verres. *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 24. (*Fig. bonis*). Sus, Porcus, Scropha, Verres, & Majalis. *Jonst. Quadr. p.* 70. *Fig. T.* 47. (*Fig. bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 13. Porcus. *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 243. *Rzac. Auct. p.* 333. *Les François l'appellent* Porc. *Ils appellent le mâle* Verrat; *lorsqu'il est châtré*, Cochon; *& la femelle*, Truye. *Les Latins*, Sus. *Ils appellent le mâle* Verres; *lorsqu'il est châtré*, Majalis; *la femelle*, Scropha; *le jeune*, Porcellus. *Les Hébreux*, Chasir. *Gesn. Les Chaldéens*, Chasira. *Gesn. Les Arabes*, Kanisir. *Gesn. Les Grecs*, Υς, *ou* Χοιρος. *Les Perses*, Mar, *ou* Buk. *Gesn. Les Espagnols*, Puerco. *Gesn. Les Italiens*, Porco; *le mâle*, Verro; *lorsqu'il est châtré*, Porco Castrato *ou* Majale; *la femelle*, Scropha *ou* Troiata. *Gesn. Les Allemands*, Saw *ou* Suw; Su; Schwyn, *ou* Schwein. *Ils appellent le mâle*, Æber; *lorsqu'il est châtré*, Barg; *la femelle*, Mos *ou* Looss; *lorsqu'elle est châtrée*, Galts; *le jeune*, Färle; Seuwle; *lorsqu'il tette encore*, Span Färle. *Gesn. Les Polonois*, Wieprz. *Rzac. Les Anglois*, Hog; *le mâle*, Boar; *la femelle*, Sow; *le jeune*, Pig. *Raj. Gesn.*

Sus domesticus est animal satis notum, ut longa descriptione non indigeat. Pilis rigidis, qui *setæ* vocantur, totum corpus vestitur. Oculi sunt exigui; auriculæ oblongæ & acutæ. Color vulgaris albicans, interdum ex nigro variegatus.

** 2. Sus

** 2. Sus Sinensis.

Sus caudatus, ventre ad terram usque propendente, cauda pilosa.... Le Cochon de la Chine.

Sus dorso antice setoso, cauda pilosa. Sus Chinensis. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 28. *sp.* 1. *d.*

Præcedente minor est; ab illo etiam differt crurum brevitate, & ventre fere ad terram usque propendente. Colore variat. Dantur ex albo & nigro variegati; dantur etiam colore *Apri*, scilicet e nigro paululum canescentes.

** 3. Aper.

Sus caudatus, auriculis brevibus, subrotundis, cauda pilosa.... Le Sanglier.

Sus dorso antice setoso, cauda pilosa. Sus Agrestis, sive Aper. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 28. *sp.* 1. *e. Faun. Suec. Linn.* n°. 36. Sus Agrestis, sive Aper. *Raj. Syn. Quadr. p.* 96. n°. 2. Aper, Porcus sylvestris. *Klein. Quadr. p.* 25. Aper simpliciter, vel Aper Agrestis: Sus ferus vel sylvaticus. *Gesn. Icon. Quadr. p.* 81. *Fig. p.* 82. (*Fig. bona*). Aper. *Gesn. Quadr. p.* 1039. *Fig. p.* 1040. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Bis. p.* 1013. *Fig. p.* 1025. (*Fig. bona*). *Jonst. Quadr. p.* 74. *Fig. T.* 47. & 48. (*Fig. bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 13. Aper, seu Verres sylvaticus. *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 213. Aper, seu Sus sylvaticus. *Rzac. auct. p.* 305. *Les François appellent le mâle* Sanglier; *la femelle*, Laye; *le jeune*, Marcassin. *Les Grecs l'appellent* Καπρος *ou* Χοιρος ἀγριος. *Les Espagnols*, Puerco sylvestre *ou* Puerco montes, *ou* Javali. *Gesn. Les Italiens*, Porco Sylvatico *ou* Cinghiale, *ou* Cinghiare. *Gesn. Les Allemands*, Wild Schwein. *Gesn. Rzac. Les Illyriens*, Weprz. *Gesn. Les Polonois*, Wieprz Lesny. *Rzac. Les Suédois*, Will-Swin. *Linn. Les Anglois*, Wild Boar, *ou* Wild Swine. *Raj.* Bore. *Gesn.*

Suem domesticum magnitudine circiter adæquat. Den-

Dentes habet caninos, (Gallice *Défenſes*) multo longiores; auriculas breviores, ſubrotundas, & nigras; cujus etiam coloris ſunt & cauda & pedes. Per totum corpus veſtitur pilis rigidis, e nigro paulum caneſcentibus. Habitat in ſylvis.

4. Sus Guineensis.

Sus caudatus, auriculis longis & acuminatis, cauda nuda.... Le Cochon de Guinée.

Sus dorſo pone ſetoſo, cauda nuda. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 28. ſp. 2.* Porcus Guineenſis Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p. 96. n°. 3.* Porcus Guineenſis. *Klein. Quadr. p. 26. Jonſt. Quadr. p. 73. Fig. T. 46. (Fig. bona). Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p. 230. (Fig. bona).*

Figura refert noſtrates *domeſticos Sues*; ab eis tamen differt, quod habeat auriculas longas, plane acutas, & prolongatis acuminibus; & caudam longam usque ad talos propendentem, pilorum expertem. Setis omnino caret; ſed totum corpus tegitur pilis brevibus, ruffis ſplendentibus. Attamen verſus caudam in dorſo, & circa collum paulo longiores habet pilos. Habitat in *Guinea*, & *Braſilia*.

5. Aper Orientalis. †

Sus caudatus, dentibus caninis ſuperioribus ab origine ſurſum verſis, arcuatis, cauda floccoſa.... Le Sanglier des Indes Orientales.

Sus dentibus duobus fronti innatis. *Linn Syſt. Nat. Ed. 6. g. 28. ſp. 4.* Porcus Indicus, Babyrouſſa dictus. *Raj. Syn. Quadr. p. 96. n°. 4.* Porcus Babyrouſſa. *Klein. Quadr. p. 25.* Babyrouſſa, ſeu Porcus Indicus. *Charlet. Exerc. p. 14.* Babyrouſſa. *Bont. Ind. Orient. Fig. p. 61. (Fig. mala).* Aper Indicus orientalis, Babi Roeſa dictus. *Seba Vol. I. p. 80. Fig. T 50. F. 2. (Fig. optima). Les Habitans de l'Iſle de Boëro l'appellent* Babi-Roesa, *Seba.*

Cer-

Cervum magnitudine circiter adæquat, & *Porcum* forma corporis ſat bene refert. Caput habet oblongum & anguſtum; roſtrum prolixum; auriculas parvas, & acutas; oculos parvos; crura longa & gracilia; caudam prolixam, criſpatam, & in floccum deſinentem. Pili breves, quaſi lanei, & molliſſimi totum ejus corpus obteguut: rigidiores tamen & magis ſetoſi ſunt qui dorſum veſtiunt. Color eſt albicans, aut fuſcus & griſeus. Dentes habet caninos ſuperiores maxime ſingulares: ab origine ſurſum vertuntur, & deinde arcuantur. Cum ſeneſcit animal, ipſi infra oculos cutem perforant. Canini inferiores ſunt longiſſimi; & *Aprorum* caninis (Gallice *défenſes* dictis) ſimiles Habitat in *India Orientali.*

6. Aper Mexicanus.

Sus ecaudatus, folliculum ichoroſum in dorſo gerens. . . . Le Sanglier du Mexique.

Sus dorſo Cyſtifero, cauda nulla. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 28. *ſp.* 3. Porcus Moſchiferus umbilicum in dorſo habens. *Klein. Quadr. p.* 25. Sus umbilicum in dorſo habens. *Aldrov. Quadr. Biſ. p.* 939. Sus minor umbilico in dorſo. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 161. Tajacu, ſeu Aper Mexicanus Moſchiferus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 97. Tajacu. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 98. (*Fig. bona, ſi caudam non haberet*). Tajacu; Caaigoara Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 229. (*Fig. eadem, ut ſupra*). Porcus Americanus. *Charlet. Exerc. p.* 14. Zainus. *Jonſt. Quadr. p.* 75. *Fig. T.* 46. *ſub iſto nomine*, Zainus, S. Tajacu, Porcus Sylveſter. (*Fig. ut ſupra*). *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 170. (*Fig. eadem*). Aper Indicus, Zainus; aliis Coja-Metl. *Muſ. Worm. p.* 340. Quauhtla Coymatl. Quapizotl. Aper Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 637. (*Fig. bona*). Coyametl, ſeu Quauhcoyametl. *Fern. Hiſt N. Hiſp. p.* 8. Sanglier appellé *Pecaris. Des March. Tom.* III. *p.* 312. *Les François de la Guiane l'appellent* Cochon noir. *Barr. Les Mexiquains*, Musk-Hog. *Klein.*

Porco

Porco domeſtico magnitudine cedit. Collum habet breve & craſſum; auriculas erectas, & acuminatas, 3 circiter pollices longas; oculos parvos; caudam nullam. Corpus undique obſitum eſt ſetis *porcinis* craſſioribus, e nigro caneſcentibus, vel e nigro & incano variegatis; quæ ſetæ in imis lateribus breviores, paulatim longitudine augentur ad medium usque dorſum, ubi nonnullæ 5 aut 6 digitos longæ ſunt. Ab aliis hujus generis ſpeciebus præcipue differt folliculo, quem verſus clunes in dorſo gerit, ex quo ingrati odoris liquor emanat. Habitat in *Mexico*, *Guiana*, & *Braſilia*.

ORDO VIII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla, & tribus digitis ungulatis in ſingulis pedibus donata.

RHINOCEROS ſolus hunc Ordinem conſtituit.

XVI. *Genus Rhinocerotis.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo, a ſe invicem plurimum remoti:
In ſingulis pedibus digiti tres ungulati:
Cornu in naſo.

Obſ. Uniuscujusque maxillæ pars anterior aliquo modo plana eſt, vel potius quaſi quadratim truncata; & unusquisque dens inciſorius in angulis ex partibus maxillarum anterioribus & lateralibus confectis, ſitus eſt. Dentes caninos non habet; ſed 12 ſunt molares in utraque maxilla, 6 utrinque.

** 1. RHINOCEROS. †

LE RHINOCEROS.

Rhi-

Rhinoceros cornu unico conico. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 25. *ſp.* 1. Rhinoceros. *Raj. Syn. Quadr. p.* 122. *Klein. Quadr. p.* 26. *Geſn. Quadr. p.* 952. *Fig. p.* 953. (*Fig. mala*) *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 60. (*Fig. mala*). *Aldro. Quadr. Biſ. p.* 878. *Fig. p.* 884. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p* 66. *Fig. T.* 38. (*Fig. mala*). *Muſ. Worm. p.* 336. *Charlet. Exerc. p.* 12. Abada, ſive Rhinoceros. *Bont. Ind. Or. p.* 50. *Fig. p.* 51. (*Fig. ſat bona, ſi digiti ungulati eſſent*). Naricornis Catelani. *Klein.* Rhinoceros. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 13. *Fig. p.* 14. (*Fig. mauvaiſe*). Porte-Corne. *Klein.* *Les Hébreux l'appellent* REEM. *Geſn.* *Les Chaldéens*, KARAS *ou* KARASCH. *Geſn.* *Les Grecs*, Μονόκερως. *Les Perſes*, ELKERKEDOM. *Klein.* *Les Italiens*, RHINOCEROTE. *Klein.* *Les Polonois*, NOZOROZEC; ZEBATI. *Klein.* *Les Suédois*, ENHORNING. *Linn.* *Les Habitans du Cap de B. Eſp.* TUABBA; NABBA. *Klein.* *Les Indiens*, SANDA BENAMET. *Geſn.* GOMELA. *Klein.* *Les Habitans de Java*, ABADA; NOEMBA. *Klein.*

A parte ſuperiore dorſi ad terram usque, 6 pedes circiter altus eſt; ab extremitate oris ad caudam, 12 pedes circiter longus: ambitus corporis longitudini æqualis. Caput habet oblongum; oculos parvos; auriculas *porcinis* ſimiles; labium ſuperius, quod extendere & contrahere poteſt, inferiore multo longius, & valde acutum; in naſo cornu unum, (quandoque duo, ſecundum Auctores quosdam); caudam 2 pedes longam. Cutis ex cinereo nigreſcit, eſtque admodum rugoſa, cum profundis plicaturis in collo, dorſo, lateribus & cruribus. Pilos non habet, niſi in cauda, & auriculis. Habitat in *Africæ* deſertis, inque regnis *Bengalæ*, & *Patanæ Aſiæ*.

ORDO IX.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla duobus, & quatuor digitis ungulatis in pedibus anticis, & tribus in poſticis donata.

UNICUM QUADRUPES continet hic Ordo, ſcilicet, *Hydrochœrum.*

XVII. *Genus Hydrochœri.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Quatuor digiti ungulati in pedibus anticis, & tres in poſticis.

Obſ. Dentibus caninis caret. Dentes vero molares maxime ſunt ſingulares: 8 ſunt in qualibet maxilla, 4 utrinque: unusquisque dens tribus æquivalet dentibus; tripartitus enim eſt ſecundum dimidiam altitudinem, tresque dentes inſeparabiles repræſentat.

1. HYDROCHOERUS.

LE CABIAI.

Capybara Braſilienſibus: Porcus fluviatilis, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 126. Capybara Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 230. (*Fig. bona*). Capybara. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 99. (*Fig. bona*). Porcus fluviatilis. *Jonſt. Quadr. p.* 73. *Fig. T.* 60. (*Fig. bona*). Sus maximus paluſtris. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 160. Cochon d'eau. *Des March. T.* III. *p.* 314. *Les Européens de la Guiane l'appellent* COCHON D'EAU. *Des March. Les Guianois*, CABIAI, *&* CABIONARA. *Barr. Les Indiens*, CAPYBARA. *Des March.*

Bimum *Porcum* magnitudine circiter exæquat. Longitudo corporis, a capite ad anum, circiter 2 pe-

pedum eſt. Caput 7 aut 8 pollices longum, & totidem fere craſſum; os craſſum & obtuſum; maxilla inferior ſuperiore brevior; oculi magni nigri; auriculæ parvæ, parumper acutæ. Barbam habet *felinam*, pilis longis & rigidis compoſitam; cauda caret. In ſingulis pedibus anterioribus quatuor habet ungulas, quarum media longior eſt, duæ laterales breviores, & quarta minima; in poſterioribus vero pedibus tres tantum ungulas, quarum media aliis longior. Pilus totius corporis fuſcus eſt, rigidus, brevis, & denſus. Habitat in *Guiana* & *Braſilia*.

ORDO X.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla decem, & quatuor digitis ungulatis in pedibus anticis, & tribus in poſticis donata.

UNICUM eſt in hoc Ordine QUADRUPES, ſcilicet *Tapirus*.

XVIII. *Genus Tapiri.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla decem:
Quatuor digiti ungulati in pedibus anticis, & tres in poſticis.

Obſ. Maxillæ ambæ anterius faſtigatæ ſunt, & in qualibet decem ſunt dentes inciſores; canini nulli; molares 10, quinque utrinque, magni, ab inciſoribus diſtantes. Summa dentium 40.

1. TAPIRUS.

LE TAPIR, ou MANIPOURIS.

Tapiierete Braſilienſibus. *Raj. Syn Quadr. p.* 126. *Klein.*

Quadr. p. 36. *Jonſt. Quadr. p.* 74. *Marcgr. Hiſt. Br Fig. p.* 229. (*Fig. bona*). Tapiierete. *Piſon. Hiſt Nat. Fig. p.* 101. (*Fig. bona*). Sus aquaticus multiſulcus. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 161. *Les Portugais l'appellent* ANTA. *Raj. Jonſt. Marcgr. Piſon. Les Guianois*, TAPIR; MAYPOURY, *ou* MANIPOURIS. *Barr.*

Magnitudine *Juvencum* ſemeſtrem exæquat. Figura corporis quodammodo ad *Porcum* accedit; capite tamen craſſiori, oblongo, ſuperius in acumen deſinente; labio ſuperiore quam inferius multo longiore, præeminente, fiſſuris oblongis donato, quodque validiſſimo nervo contrahere & extendere poteſt. Oculos habet parvos *porcinos;* auriculas obrotundas, majuſculas; caudam breviſſimam, conicam, pilis nudam; crura vix *porcinis* longiora, at craſſiuſcula; in anterioribus pedibus quatuor ungulas nigricantes, quarum media longior eſt, duæ laterales breviores, & quarta exterior minima; in poſterioribus vero pedibus tres tantum ungulas, quarum media aliis longior. Pili breves ſunt: color ipſorum in junioribus eſt color terræ umbriæ, ſeu umbræ ſplendentis, & maculis albis variegatus; in adultis fuſcus, ſive nigricans, ſine maculis. Habitat in *Guiana* & *Braſilia.*

ORDO XI.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla, & quatuor digitis ungulatis in ſingulis pedibus donata.

HIC Ordo, ſicut & tres præcedentes, unico QUADRUPEDE conſtituitur, ſcilicet *Hippopotamo.*

XIX.

XIX. *Genus Hippopotami.*

Hujus character eſt

Dentes inciſores in utraque maxilla quatuor; ſuperiores per paria remoti; inferiores recte antrorſum prominentes, intermedii lateralibus multo longiores:

In ſingulis pedibus digiti quatuor ungulati.

Obſ. Hippopotami dentium numerus 44; ſcilicet inciſores 8, 4 in utraque maxilla; canini 4, duo utrinque; omnes cylindrici; canini oblique truncati: molares 32, octo utrinque in utraque maxilla.

* 1. HIPPOPOTAMUS. †.

L'HIPPOPOTAME.

Hippopotamus. Bupotamus. *Klein. Quadr. p.* 34. *Fig. T.* 3. (*Fig. mala*). Hippopotamus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 123. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 26. *ſp.* 1. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 82. (*Fig. peſſima*). *Geſn. Icon. Aquat. Fig. p.* 354. (*Fig. eadem, ut ſupra*). *Geſn. Piſc. Fig. p.* 494. (*Fig. eadem*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 181. *Fig. p.* 183. & 184. (*Fig. ſat bonis*). *Jonſt. Quadr. p.* 76. *Fig. T.* 49. (*Fig. peſſimis*). *Bell. de Aquat. p.* 22. *Fig. p.* 23. (*Fig. mala*). *Charlet. Exerc. p.* 14. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 246. *Fig. T.* 23. (*Fig. ſat bona*). Hippopotamus Antiquorum. *Colum. Aquat. p.* 28. *Fig. p.* 30. (*Fig. bona*). Caballus marinus. *Flor. Sin. p.* 1. *Fig. T.* 1. (*Fig. bona, exceptis pedibus*). Cheval marin, ou Hippopotame. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 27. *Fig. p.* 64. *F.* 1. (*Fig. mauv.*) Bomarin. *Klein. Les Grecs l'appellent* ἱπποποταμος. *Les Egyptiens*, FORAS FLEBAR. *Aldrov. Les Chinois*, HAYMA. *Flor. Sin. Les Suédois*, BEHEMOT. *Linn.*

Longitudo corporis, a capite ad caudam, 13 pedum eſt; corporis diameter verticalis $3\frac{1}{2}$ pedum, diameter horizontalis $4\frac{1}{2}$ pedum. Ambitus corporis longitudini æqualis; caput $2\frac{1}{2}$ pedes latum, 3 pedes longum; oris rictus 1 pedem; crura a terra ad ventrem $3\frac{1}{2}$ pedes longa; crurum ambitus 3 pedes.

Roſtrum craſſum & carnoſum; oculi parvi; auriculæ 3 uncias longæ, & tenues. Cauda 1 pedem longa, ab origine craſſa, & ſtatim in acutum deſinens. Cutis admodum craſſa, dura, & colore obſcuro. Pilos non habet, niſi in extremitate caudæ, & in roſtro, in quo eſt barba *Leoninæ* & *Felinæ* ſimilis. Habitat in *Africa*, & in *Indo Indiæ* flumine.

ORDO XII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla duobus, & digitis unguiculatis donata.

Pleraque hujus Ordinis QUADRUPEDA dentibus caninis carent; quædam vero illis dentibus donantur. Ex utrisque quædam habent corpus aculeatum, vel aculeis tectum, alia ſunt corpore tantummodo piloſo. In quatuor Sectiones dividuntur. Prima continet ea quæ dentibus caninis carent, quæque corpus aculeatum habent, ſicut *Hyſtrix*. Secunda ea quæ nec dentes caninos, nec corpus aculeatum, ſed tantummodo piloſum habent, ſicuti *Caſtor*, *Lepus*, *Mus*, &c. Tertia ea quæ dentibus caninis donantur, & corpus aculeis deſtitutum habent, ut *Muſaraneus*. Quarta denique ea quæ dentes caninos habent, & corpus aculeatum, vel aculeis tectum, ſicut *Erinaceus*.

SECTIO I.

Ea quæ dentibus caninis carent; quæque corpus aculeatum habent.

Unico Genere, ſcilicet *Hyſtricis*, conſtituitur hæc Sectio.

XX.

XX. *Genus Hyſtricis.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeatum.

Obſ. Omnium hujus Generis ſpecierum dentes inciſores contigui ſunt & cultrati.

** 1. HYSTRIX.

Hyſtrix, capite criſtato.... LE PORC-EPIC.

Hyſtrix manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 17. *ſp.* 1. Hyſtrix. *Geſn. Quadr. p.* 631. *Fig. p.* 632. (*Fig. bona, exceptis dentibus*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 87. (*Fig eadem, ut ſupra*). *Aldrov. Quadr. Dig. V. v. p.* 471. *Fig. p.* 474. (*Fig ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 119. *Fig. T.* 68. (*Fig. bona*). *Raj. Syn. Quadr. p.* 206. *Charlet. Exerc. p.* 19 *Muſ. Worm. p.* 335. Hyſtrix Orientalis criſtata. *Seba Vol.* I. *p.* 79. *Fig. T.* 50. *F.* 1. (*Fig. bona*). Acanthion criſtatus. *Klein. Quadr. p.* 66. Porc-Epic. *Kolbe. T.* III. *p.* 44. *Fig. p.* 64. *F.* 2. (*Fig. bonne*). *Hiſt. de l'Acad. T.* III. *Part.* 2. *p.* 33. *Fig. Pl.* 41. (*Fig. bonne*). *Les Grecs l'appellent* Χοιρος. *Les Eſpagnols*, PUERCO-ESPIN. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, HISTRICE *ou* PORCO SPINOSO. *Geſn. Aldrov. Les Anglois*, PORCUPINE. *Raj.* PORTEPYNE. *Geſn. Aldrov. Les Illyriens*, PORCO SPINO. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, MEERSCHWEYN; DORNSCHWEYN; STACHELSCHWEYN; PORCOPICT; TARAN. *Geſn. Les Suédois*, PIGG SWIN. *Linn.*

Longitudo corporis, ab ore ad anum, 2½ pedum eſt. Crura breviſſima; anteriora a ventre ad terram 4 tantum pollices, poſteriora vero 6 longa ſunt. Caput 5 pollices longum. Labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum: oculi parvi: auriculæ auriculis humanis ſimiles: cauda nulla. In ſingulis pedibus 5

ſunt digiti (*a*), quorum unus pedum anteriorum minimus, ungue tantummodo exterius apparente. Dorſum & latera teguntur aculeis ad inſtar ſubularum parumper incurvis, acuminatis, longitudine & craſſitie variis, ex nigro, fuſco, & albo diſtinctis: dantur etiam omnino albi. Craſſiores longitudine ſunt minores; 6 inter & 12 pollices longi ſunt; tenuiores vero 15 pollicum longitudinem attingunt, & flexibiles ſunt. In parte poſteriore capitis & colli pulchra eſt quaſi criſta, conflata plurimis aculeis tenuiſſimis, & flexibilibus, ſetis *Apri* ſimilibus, longitudine inæqualibus, aliis unum pedem, aliis minus longis; quorum medietas verſus originem alba eſt in aliquibus, altera medietate cinerea, in aliis vero viceverſa. Pectus & venter ſimilibus ornantur ſetis. Habitat in *Africa*, *Sumatra*, & *Java*.

2. Hystrix Novæ Hispaniæ.

Hyſtrix aculeis apparentibus, cauda brevi & craſſa.... Le Porc-Epic de la Nouvelle Espagne.

Hoitzlacuatzin, ſeu Tlacuatzin ſpinoſum. Hyſtrix Novæ Hiſpaniæ. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 322. (*Fig. ſat bona*). Hoitzlaquatzin. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 154. (*Fig. ſat bona*).

Canis mediocris magnitudinem adæquat. Totum corpus, exceptis ventre & cruribus, tegitur aculeis peracutis, 3 pollices longis, tenuibus, candentibus & luteis, ſed mucronibus nigricantibus; pilis tamen quibusdam mollibus, atris, ſed circa exortum candentibus, ſi caput excipias, intermixtis. Cauda brevis eſt & craſſa, aculeorum a media parte usque ad extremum expers. Hæc caudæ medietas, ſicut

(*a*) Secundum Auctores plurimos, 4 ſunt tantum in pedibus anterioribus digiti. Hyſtricis duo ſceleta in *Muſeo Regio* vidi, quorum alter in pedibus anterioribus 5 digitis; alter vero 4 tantum donabatur.

ſicut & venter & crura, pilis tantum teguntur nigris. Habitat in *Nova Hiſpania*, ac montoſis gaudet locis.

3. Hystrix Hudsonis.

Hyſtrix aculeis ſub pilis occultis, cauda brevi & craſſa.... Le Porc-Epic de la Baye de Hudson.

Cavia Hudſonis. *Klein. Quadr. p.* 51. Porc-Epic de la Baye de Hudſon. *Voyage de la B. de Hudſ. Tom.* I. *p.* 56. *Fig. p.* 58. (*Fig. bonne*). *Edwards. Tom.* I. *Fig. p.* 52. (*Fig. bonne*). Porc-Epic de l'Amérique Septentrionale. *Cat. App. p.* 30.

Quoad magnitudinem & craſſitiem *Caſtorem* æmulatur. Caput habet oblongum, *Leporis* capiti ſimile; naſum planum, pilis brevibus omnino tectum; auriculas breviſſimas, ſub pilis fere occultas; crura brevia; digitos 4 in pedibus anterioribus, 5 in poſterioribus, longis & acutis unguibus munitos; caudam mediocris longitudinis, & craſſam, craſſiorem tamen ad originem quam in extremitate, quæ infra eſt alba. Per univerſum corpus veſtitur pilis ſordide fuſcis, parumper mollibus, 4 pollices longis, brevioribus tamen circa caput & prope crura, & paulo longioribus in parte capitis poſteriore; ſub quibus pilis in parte ſuperiore capitis, corporis & caudæ, occultantur aculei candentes, mucronibus nigris & peracutis, quorum majores 3 pollices æquant. Præter prædictos pilos molles, quidam ſunt intermixti multo longiores, rigidi, & rari, ſordide albo terminati; quorum ope quibusdam in locis aliquid cinerei apparet. Habitat in Freto *Hudſonis*, & etiam in omni *Americæ ſeptentrionali regione*.

4. Hystrix Americanus.

Hyſtrix cauda longiſſima, tenui, medietate extrema aculeorum experte.... Le Porc-Epic d'Amerique.

Hyſtrix pedibus tetradactylis, cauda exſerta prehenſili ſeminuda. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 17. *ſp.* 2. Hyſtrix Americanus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 208. Hyſtrix minor leucophæus. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 153. Cuandu. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 60. (*Fig. bona*). *Piſ. Hiſt. Nat. Fig. p.* 99. (*Fig. bona*). Cuandu Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 233. (*Fig. bona*). Chat épineux. *Des March. T.* III. *p.* 303. *Les Portugais l'appellent* OURICO CACHEIRO. *Piſon. Marcgr. Des March.* ESPINHO. *Piſon. Les Indiens*, CUANDU. *Des March. Les Habitans de la Guiane*, GOUANDOU. *Barr.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad initium caudæ, 1 pedis eſt; caudæ autem 1 pedis & 5 pollicum; crurum anteriorum circiter 4 pollicum, poſteriorum paulo major. Caput habet parvum; roſtrum oblongum; oculos rotundos, prominentes, inſtar carbunculi fulgidos; auriculas parvas, ſub aculeis fere latitantes; nares patentes; pedes pedibus *Simiarum* fere ſimiles, ſed 4 tantummodo digitis conſtantes; nam pollice caret. Totum corpus, pedibus exceptis, munitum eſt aculeis 3 aut 4 pollices longis, ab inſitione in cutem ad dimidiam fere longitudinem flaveſcentibus, altera medietate nigra, aut ex ruſſo fuſca, cuſpide alba & peracuta. Aculei, quibus caput & crura cooperiuntur, minore longitudine donantur. Pilos habet circum nares, 3 aut 4 pollices longos, qui barbam *felinam* ipſi faciunt. Cauda, ab exortu ſuo ad medietatem tantum, aculeis munitur, altera medietate raris ſetis, *Porcorum* inſtar, obſita. Habitat in *America.*

5. HYSTRIX AMERICANUS MAJOR.

Hyſtrix cauda longiſſima, tenui, medietate extrema aculeorum experte. . . . LE GRAND PORC-EPIC D'AMERIQUE.

Hyſtrix longius caudatus, brevioribus aculeis. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 153. Hyſtrix. *Bont. Ind. Or. Fig. p.* 54. (*Fig.*

(*Fig. bona*). Cuandu major. *Piſon. Hiſt. Nat. p.* 324. *Fig. p.* 325. (*Fig. bona*). *Les Portugais l'appellent* Orico Cachero, *&* Eſpinho. *Piſon.*

Magnitudine tantum, qua eum antecellit, a præcedente differt. Habitat etiam in *America.*

6. Hystrix Orientalis. †

Hyſtrix cauda longiſſima, aculeis undique obſita, in extremo panniculata.... Le Porc-Epic des Indes Orientales.

Hyſtrix pedibus pentadactylis, cauda exſerta. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 17. *ſp.* 3. Porcus aculeatus ſylveſtris, ſive Hyſtrix Orientalis ſingularis. *Seba Vol.* I. *p.* 84. *Fig. T.* 52. *F.* 1. (*Fig. optima*). Acanthion cauda prælonga acutis pilis horrida, in exitu quaſi panniculata. *Klein. Quadr. p.* 67.

Corpus habet craſſum & breve; caput craſſum; labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum; oculos magnos ſplendentes; auriculas parvas, rotundas, intus omnino nudas; barbam pilis longis & acutiſſimis conflatam. In ſingulis pedibus 5 digitis, unguibus craſſis & acuminatis munitis, donatur. Pedes poſteriores anterioribus ſunt longiores, & *Urſinis* ſimiles. Totum corpus, ad extremos usque pedes, tenuiſſimis & acutiſſimis munitum eſt aculeis, quorum, qui ſupinam corporis partem veſtiunt, varios reflectunt colores, pro vario, quo lucis radii incidunt, modo. Caudam habet longiſſimam, undique obſitam aculeis, quorum, qui extremitatem caudæ cooperiunt, maxime ſingulares ſunt; ex nodis enim veluti articulatis conflati videntur. Horum aculeorum ſinguli non unius ſunt longitudinis, nec craſſitiei; ſed omnes adunati, quaſi panniculam referunt. Habitat in *India Orientali.*

SECTIO II.

Ea quæ dentibus caninis carent, & corpus aculeis deſtitutum habent.

Hæc Sectio conſtituitur 6 generibus, forma caudæ a ſe invicem diſcrepantibus: alia enim cauda donantur omnino plana & ſquamoſa, ſicut *Caſtor;* alia vel cauda breviſſima, vel cauda nulla; inter quæ alia auriculis longis, ut *Lepus;* alia auriculis brevibus, vel nullis, ut *Cuniculus*, prædita ſunt; alia cauda longa veſtita pilis ita diſpoſitis, ut caudam planam efficiant, ut *Sciurus;* alia cauda etiam longa & veſtita pilis, ſed ita diſpoſitis, ut caudam rotundam efficiant, ut *Glis*; alia denique cauda nuda aut raris pilis obſita, ut *Mus.*

Obſ. Omnium hujus Sectionis QUADRUPEDUM, ſicut eorum quæ ad Genus præcedens pertinent, dentes inciſores contigui ſunt & cultrati.

XXI. *Genus Caſtoris.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda plana & ſquamoſa.

Obſ. In aliquibus hujus Generis QUADRUPEDIBUS cauda horizontaliter plana eſt; in aliis vero verticaliter.

** 1. CASTOR, SIVE FIBER.

Caſtor caſtanei coloris, cauda horizontaliter plana.... LE CASTOR, OU LE BIÉVRE.

Caſtor cauda ovata plana. Fiber. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 20. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn.* nº. 23. Caſtor ſive Fiber. *Raj. Syn. Quadr. p.* 209. *Rzac. Auct. p.* 406. Caſtor. Fiber. *Klein. Quadr. p.* 91. Fiber; Caſtor; Canis Ponticus. *Geſn. Icon. Aquat. p.* 352. *Fig. p.* 353.

(*Fig.*

(*Fig. bona*). Caſtor. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 336. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 83. (*Fig. mala*). & *p.* 84. (*Fig. bona*). *Geſn. Piſc. p.* 219. *Fig. p.* 220. (*Fig. mala*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 276. *Fig. p.* 279. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 102. *Fig. T.* 68. (*Fig. bona*). *Muſ. Worm. p.* 320. *Charlet. Exerc. p.* 18. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 215. Fiber. *Bell. de Aquat. p.* 28. *Fig. p.* 30. (*Fig. bona*). Caſtor. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *part.* I. *p.* 137. *Fig. Pl.* 19. (*Fig. bonne*). *Hiſt. de l'Acad. ann.* 1704. *p.* 48. *Cat. App. p.* 29. *Les Grecs l'appellent* Κασωρ. *Les Eſpagnols*, BEVARO. *Charlet. Les Italiens*, BIVARO *ou* BEVERO. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, BIBER. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Illyriens*, *& les Polonois*, BOBR. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Suédois*, BAFFWER. *Linn. Les Flamands*, BEVER. *Charlet. Les Anglois*, BEAVER. *Raj.* BEVER. *Geſn. Aldrov.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad initium caudæ, 2½ pedum; ambitus corporis totidem. Cauda, quæ horizontaliter plana eſt, 11 pollices longa, 3 pollices lata circa medium, in ovalem figuram deſinit. Caput rotundum, a naribus ad occipitium 5½ pollices longum. Oculi parvi, ſubnigri; auriculæ rotundæ, breves, extrorſum piloſæ, intus fere nudæ; collum breve & craſſum; crura brevia. In ſingulis pedibus 5 ſunt digiti, omnes in anterioribus a ſe invicem ſeparati, in poſterioribus vero validiſſima membrana inter ſe connexi. Pedes anteriores poſterioribus minores, manum quodammodo referunt. Ungues pedum anteriorum longi ſunt & acuti, poſteriorum vero lati & obtuſi. Totum corpus, excepta cauda, quæ ſquamis undique tegitur, pilis quibusdam rariſſimis intermixtis, veſtitur pilis denſiſſimis & molliſſimis, in aliquibus ſaturatioris, in aliis dilutioris caſtanei coloris (*a*). Habitat in *Occitania*, & in Regionibus *Europæ* & *Americæ ſeptentrionalibus*.

** 2. CAS-

(*a*) Quidam ſunt omnino nigri in *ſeptentrionalibus* regionibus: & eo ſaturatior eſt color, quo frigidior eſt regio in qua habitant.

** 2. Castor albus.

Caſtor albus, cauda horizontaliter plana. . . . Le Castor blanc.

A præcedente differt colore, qui albus eſt, cum magna macula cinerea, ex ruſſo paululum mixta, in parte ſuperiore colli, & macula ſimili, ſed minori, verſus clunes. Pili quoque circa caudæ originem ex flavo ruſſeſcunt. Habitat in *Norvegia* & *Canada*. Ex Muſeo *Realmuriano*.

** 3. Mus Moschiferus.

Caſtor cauda verticaliter plana, digitis omnibus membranis inter ſe connexis. . . . Le Rat Musqué.

Caſtor cauda longa, lanceolata, plana. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 20. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. n°.* 24. Glis moſchiferus. *Klein. Quadr. p.* 57. Mus Aquaticus Exoticus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 217. *Nov. Comm. Petrop. Tom.* IV. *p.* 383. & *Tom.* V. (*Fig. bona*). Mus Aquatilis Cluſii. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 148. (*Fig. ſat bona*). Mus Aquaticus Cluſii. *Muſ. Worm. p.* 334. Mus Aquaticus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 73. (*Fig. ſat bona*) *Cluſ. Exot. Fig. p.* 375. (*Fig. ſat bona*). Sorex Moſcoviticus, ſive odorferus. *Charlet. Exerc. p.* 25. Animal ex Moſcovia. *Gaz. Rup. Beſt. Fig. T.* 15. (*Fig. bona*). *Les Anglois l'appellent* Muscovy *ou* Musk-Rat. *Raj. Les Suédois*, Desman. *Linn.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ originem, 9 pollicum: ambitus 7 pollicum. Caput habet, pro corporis mole, parvum; partem roſtri ſuperiorem, inſtar *Talpæ*, prominulam; oris rictum parvum; oculos valde exiguos, & vix conſpicuos; caudam verticaliter planam, 6½ pollices longam, 8 lineas latam, in apicem obtuſum deſinentem, ſquamis minimis, pilis quibusdam intermixtis, tectam; crura brevia. Pedes ſinguli in 5 digitos ſunt diviſi, omnes validis membranis inter ſe

ſe connexos, longis & validis unguibus munitos: pedes poſteriores anterioribus ſunt majores. Totum corpus veſtitur pilis molliſſimis & denſiſſimis, fuſcis & ſplendentibus in dorſo, & ex albo cineraſcentibus & ſplendentibus in ventre. Moſchum maxime redolet. Habitat in *Ruſſia*, *Moſcovia* & *Laponia*.

** 4. MUS MOSCHIFERUS CANADENSIS.

Caſtor cauda verticaliter plana, digitis omnibus a ſe invicem ſeparatis. . . . LE RAT MUSQUÉ DE CANADA.

Rat muſqué. *Hiſt. de l'Acad. ann.* 1725. *p.* 323. *Fig. Pl.* 11. (*Fig. aſſez bonne*).

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 1 pedis; ambitus 10 circiter pollicum. Caput habet oblongum, a naribus ad occipitium 2½ pollices longum; oculos magnos; auriculas breviſſimas; caudam verticaliter planam, 9 pollices longam, & 10 circiter lineas latam, in apicem obtuſum deſinentem, ſquamis minimis tectam, pilis quibusdam intermixtis; crura brevia. Pedes ſinguli in 5 digitos ſunt diviſi, omnes à ſe invicem ſeparatos, validis unguibus munitos, pollice diſtincto: pedes poſteriores anterioribus majores. Totum corpus veſtitur pilis molliſſimis & denſiſſimis, in parte corporis ſuperiore & in thorace rufis, ſed ſaturatius in dorſo, in gutture & ventre ex albo flavicantibus. Moſchum maxime redolet. Habitat in *Canada*.

XXII. *Genus Leporinum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:

Di-

Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda breviſſima, vel nulla:
Auriculæ longæ.

** 1. LEPUS. †.

Lepus caudatus, ex cinereo rufus. . . . LE LIÉVRE.

Lepus cauda abrupta, pupillis atris. Lepus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 19. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. no.* 19. Lepus vulgaris cinereus. *Klein. Quadr. p.* 51. Lepus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 204. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 681. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 104. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 347. *Jonſt. Quadr. p.* 109. *Fig. T.* 65. (*Fig. bona*). *Muſ. Worm. p.* 321. *Charlet. Exerc. p.* 23. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 219. *Rzac. Auct. p.* 311. Liévre. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 62. *Les François appellent le mâle* LIE'VRE; *la femelle*, HASE; *le jeune*, LE'VRAUT. *Les Hébreux l'appellent* ARNEBET. *Geſn. Aldro. Les Chaldéens*, ARNEBA. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Λαγως. *Les Arabes*, ERNAB. *Geſn. Aldrov. Les Sarraſins*, ARNEPH. *Geſn. Aldrov. Les Perſes*, KARGOS. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols*, LIE'BRE. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, LEPRE *ou* LIEVORA. *Geſn. Aldrov. Les Illyriens*, ZAGICZ. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, HASS *ou* HAAS. *Geſn. Aldrov.* HASE. *Rzac. Les Polonois*, ZAIAC. *Rzac. Les Suédois*, HARE. *Linn. Les Anglois*, HARE. *Raj. Geſn.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, circiter 1 pedis & 9 pollicum; ambitus circiter 14 pollicum. Caput habet oblongum; a naribus ad occipitium $3\frac{1}{2}$ pollices longum; auriculas 4 pollices longas; caudam ſupra nigram, infra albicantem, $2\frac{1}{2}$ pollices longam; labium ſuperius fiſſum; oculos magnos; crura poſteriora anterioribus longiora; in pedibus anterioribus digitos 5, in poſterioribus 4, omnes validis unguibus munitos; plantam pedum villoſam. Totum corpus veſtitur pilis mollibus & denſis, ex cinereo rufis,

rufis, excepto ventre, ubi albicant. Habitat in tota *Europa*.

** 2. LEPUS ALBUS.

Lepus caudatus, plane candidus.... LE LIÉVRE BLANC.

Lepus albiſſimus; toto nitens in corpore candor. *Klein. Quadr. p.* 51. Lepus Albus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p.* 349. Lepus candidus. *Jonſt. Quadr. p.* 111.

Æſtate præcedenti ſimillimus eſt; hieme vero in toto corpore candidus. Habitat in *Alpibus* & *ſeptentrionalibus* regionibus.

3. LEPUS NIGER.

Lepus caudatus, plane niger.... LE LIÉVRE NOIR.

Lepus niger. *Klein. Quadr. p.* 52. Lepus plane niger. *Muſ. Worm. p.* 321.

A *Lepore vulgari* non differt, niſi quod totus ſit niger, exceptis pedum extremitatibus, quæ ad cœruleum tendunt.

** 4. CUNICULUS NOSTRAS. †

Lepus caudatus, obſcure cinereus.... LE LAPIN DE NOTRE PAYS.

Lepus cauda abrupta, pupillis rubris. Cuniculus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 19. *ſp.* 3. *Faun. Suec. Linn. no.* 20. Lepuſculus: Cuniculus, terram fodiens. *Klein. Quadr. p.* 52. Cuniculus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 205. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 394. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 105. (*Fig. bona*). *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p.* 382. *Fig. p.* 385. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 111. *Fig. T.* 65. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 23. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 240. Lapin. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 62. *Les Hébreux l'appellent* SAPHAN. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, THAPSA. *Geſn. Les Grecs*, An-

Αγκόπες. *Les Arabes*, VEBAR. *Gesn.* *Les Perses*, BESANGERAH. *Gesn.* *Les Espagnols*, CONEIO. *Gesn. Aldro.* *Les Italiens*, CONIGLIO. *Gesn. Aldrov.* *Les Illyriens*, KRALIK *ou* KROLYK. *Gesn. Aldrov.* *Les Allemands*, KUNIGLE; KUNELE; KUNLEIN. *Gesn. Aldrov.* *Les Polonois*, KROLIK. *Rzac.* *Les Suédois*, KANIN. *Linn.* *Les Flamands*, KONIIN. *Charlet.* *Les Anglois*, RABIT *ou* CONY. *Raj. Gesn. Aldrov.* *Les François appellent le jeune* LAPREAU.

Forma corporis externa *Leporem vulgarem* refert; sed illo minor est. Ab extremitate rostri ad caudæ initium, 1½ pedem longus est: ambitus corporis 1 circiter est pedis. Caput, a naribus ad occipitium, 3½ pollices longum; auriculæ totidem; cauda, quæ supra nigra est, infra candida, 2½ pollices longa. Labium superius habet, ut in *Lepore*, fissum; oculos magnos; crura posteriora anterioribus longiora; in pedibus anterioribus digitos 5, in posterioribus 4; plantas pedum villosas. Per universum corpus vestitur pilis mollibus & densis, ex cinereo fuscis, excepto ventre, in quo albicant. Habitat in tota *Europa*.

** 5. CUNICULUS CINEREUS.

Lepus caudatus, dilute cinereus.... LE RICHE.

Colore a præcedente differt: pilis dilute cinereis per universum corpus vestitur. Ex museo *Realmuriano*.

** 6. CUNICULUS ANGORENSIS.

Lepus caudatus, pilis tenuissimis & longissimis toto corpore vestitus.... LE LAPIN D'ANGORA.

Pilis tenuissimis & longissimis ab aliis hujus generis speciebus distinguitur. Habitat in *Angora*. Ex museo *Realmuriano*.

7. LE-

7. Lepus Brasilianus.

Lepus ecaudatus. . . . Le Liévre du Brésil.

Lepus cauda nulla. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 19. *ſp.* 1. Cuniculus Braſilienſis Tapeti dictus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 205. Tapeti Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 223. *Fig. p.* 224. (*Fig. bona, ſi caudam non haberet*). Tapeti. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 102. (*Fig. eadem ut ſupra*). Cavia Cobaya, Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 63. (*Fig. eadem*).

Quoad formam corporis externam *Lepori vulgari* ſimilis eſt: iisdem ac ille pilis & colore, ſed paulo fuſciore. In fronte ruffeſcit paululum; ſub gutture, pectore, & ventre albicat. Quidam circulum album habent circa collum. Caret cauda. Habitat in *Braſilia*.

[8. Cuniculus insigniter caudatus.

Lepus cauda in ſupina parte nigra, in prona alba. . . . Le Lapin a grosse queue.

Cuniculus inſigniter caudatus, coloris leporini. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* V. *p.* 357. *Fig. T.* 11. *F.* 2. (*Fig. bona*). *Les Mongols l'appellent* Tolai.

Cuniculum vulgarem magnitudine paululum ſuperat, ceterum habitu corporis, & pilorum conſiſtentia cum illo convenit, ſi caudam excipias, quæ notabiliter longior eſt. Pedes anteriores poſterioribus dimidio fere breviores habet, 5 digitis inſtructos, quibus totidem ungues recti, nigricantes, inter pilos abſconditi appenduntur. Poſteriorum pedum 4 tantum ſunt digiti, & totidem ungues. Color ſupinæ partis *leporinus*, circa collum & pedes ruffescens, pronæ, gula excepta quæ dilute ruffeſcit, candidus. Cauda in ſupina parte nigra, in prona alba. Pili ſupinæ partis, ſeorſim ſpectati, in utraque extremitate albeſcunt, in medio ſunt nigri. Habitat in Agris *Trans-Baikalenſibus*.]

XXIII. *Genus Cuniculi.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda breviſſima, vel nulla:
Auriculæ breves, vel nullæ.

1. Cuniculus Javensis. †

Cuniculus caudatus, auritus, rufeſcens, fuſco admixto.... Le Lapin de Java.

Cavia Javenſis. *Klein. Quadr. p.* 50. Liévre de Java. *Cat. App. Fig. p.* 18. (*Fig. bonne*).

Leporis magnitudinem attingit. Caput habet pro mole corporis parvum; oculos magnos & prominentes; auriculas auriculis *Murinis* ſimiles: poſteriorem corporis partem craſſam; crura longa. Per univerſum corpus veſtitur pilis rufeſcentibus, paululum fuſco admixto. In pedibus anterioribus 4 digitis, exteriore breviſſimo, in poſterioribus vero tribus tantum donatur. Habitat in *Java* & *Sumatra*.

** 2. Aguti. †.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis ex rufo & fuſco mixtis, rigidis veſtitus.... L'Agouty.

Cuniculus omnium vulgatiſſimus, Aguti vulgo. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 153. Mus ſylveſtris Americanus Cuniculi magnitudine, Porcelli pilis & voce. *Raj. Syn. Quadr. p.* 226. Cavia Aguti, vel Acuti Braſilienſibus. *Klein. Quadr. p.* 50. Aguti, vel Acuti Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. (*Fig. bona*). Aguti, vel Acuti, Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr Fig. T.* 63. (*Fig. bona*). Acuti, ſive Agouti. *Joann. de Laet. p.* 551. Aguti. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 102. (*Fig. bona*). *Les Braſiliens l'appellent vulgairement* Cotia. *Marcgr.*

Marcgr. Piſon. *Les Habitans de la Guiane*, AGOUTY. *Barr.*

Magnitudine & forma *Cuniculum noſtratem* æmulatur; auriculas tamen habet breves & rotundas; os acutum; maxillam inferiorem ſuperiore breviorem; labium ſuperius fiſſum; oculos nigros; caudam breviſſimam, & fere glabram; crura anteriora poſterioribus paulo breviora. In pedibus anterioribus 4 habet digitos, in poſterioribus 3 tantum, acutis unguibus munitos. Per univerſum corpus veſtitur pilis rigidis, ſplendentibus, ex rufo & fuſco mixtis, cum pauxillo nigro in dorſo; in ventre autem magis flaveſcentibus. Habitat in *Guiana* & *Braſilia*.

3. CUNICULUS AMERICANUS. †

Cuniculus caudatus, auritus, pilis rufis rigidis veſtitus. . . . LE LAPIN D'AMERIQUE.

Cuniculus Americanus. *Seba Vol.* 1. *p.* 67. *Fig. T.* 41. *F.* 2. (*Fig. bona*). Cavia Surinamenſis. *Klein. Quadr. p.* 50.

Noſtrate Cuniculo paulo minor eſt. Auriculas habet breves & rotundas; caput craſſum; collum longum; caudam breviſſimam. Pedes in 4 fiſſi ſunt digitos, acutis & incurvis unguibus munitos. Totum corpus tegitur pilis rufis, rigidis, *ſetarum* inſtar, pungentibus, præcipue per dorſum. Habitat in *America*.

** 4. PACA. †

Cuniculus caudatus, auritus, pilis obſcure fulvis, rigidis, lineis ex albo flaveſcentibus ad latera diſtinctis. . . . LE PAK.

Cuniculus major paluſtris, faſciis albis notatus. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 152. Mus Braſilienſis magnus Porcelli

celli pilis & voce, *Paca* dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 226. Cavia Paca Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 50. Paca Brasilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. (*Fig. bona*). Paca Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr. p.* 111. *Fig. T.* 63. (*Fig. bona*). Paca. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 101. (*Fig. bona*). *Joann. de Laet. p.* 551. *Les Habitans de la Guiane l'appellent* OURANA, & PAK. *Barr.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, unius circiter pedis eſt; caput a naribus ad occipitium, 4 pollices longum, craſſum; maxilla inferior ſuperiore brevior. Barbam habet prolixam *leporinam*; auriculas breves & acutas; caudam breviſſimam; crura anteriora poſterioribus paulo breviora; in ſingulis pedibus digitos 5, quorum interior pedum anteriorum minimus eſt, & ab aliis 4 remotus: poſteriorum pedum digiti 3 intermedii majores, exterior parvus, & a 3 intermediis adhuc remotior. Totum corpus veſtitur pilis brevibus, rigidis, ſuperne obſcure fulvis, tribus lineis longitudinalibus ex albo flaveſcentibus ad latera diſtinctis, inferne vero ex albo flaveſcentibus. Habitat in *Guiana* & *Braſilia.*

5. CUNICULUS NORVEGICUS.

Cuniculus caudatus, auritus, ex flavo, rufo & nigro variegatus. . . . LE LAPIN DE NORVEGE.

Mus cauda abrupta, corpore fulvo nigroque vario. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. n°.* 26. Mus Lemingus, Norvagicus, Olai magni, Wormii Muſei. *Klein. Quadr. p.* 58. Mus Norvagicus, vulgo *Leming*, Wormii Muſei. *Raj. Syn. Quadr. p.* 227. *Muſ. Worm. p.* 322. *Fig. p.* 325. (*Fig. optima*). Mus Norvegicus. *Charlet. Exerc. p.* 25. Leem. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 436. *Jonſt. Quadr. p.* 116. *Les Suédois l'appellent* FIALLMUS; SABELMUS. *Linn. Les Lapons*, LUMMICK. *Linn.*

Forma corporis *Rattum* repræſentat; ab eo tamen

men differt cauda breviſſima & piloſa. Longitudo corporis, ab extremitate oris ad caudæ initium, eſt 5 circiter pollicum. Os habet acuminatum; oculos parvos, nigros; auriculas breves, & obtuſas, paululum in dorſum reclinatas. Os cingunt pili multi longi & rigidi, myſtacis inſtar. Crura anteriora poſterioribus multo ſunt breviora: pedes ſinguli 5 præditi ſunt digitis, acutis & incurvis unguibus munitis, quorum medius longiſſimus, reliquis utrinque ab hac longitudine eo magis diſcedentibus, quo magis ſunt a medio remoti. Pilorum color ex nigro, flavo, & rufo variegatur: capitis pars anterior nigricat; vertex flaveſcit; hinc collum & ſcapulæ nigræ; corpus reliquum rufeſcit, intermixtis quibusdam maculis nigris variarum figurarum; venter eſt albicans ad flavedinem tendens: in variis autem individuis macularum ordo figura, & magnitudo variant. 16 dentibus donatur, 4 ſcilicet inciſoribus, 2 in utraque maxilla, & 12 molaribus, 6 etiam in utraque maxilla, 3 utrinque. Habitat in *Norvegia* & *Laponia*.

6. Cuniculus Germanicus.

Cuniculus caudatus, auriculis nullis, cinereus. . . .
Le Lapin d'Allemagne.

Mus cauda brevi, capite inauri. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 21. *ſp.* 3. Mus Noricus, vel Citellus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 220. *Klein. Quadr. p.* 56. *Not.* 48. *Geſn. Quadr. p.* 835. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 113. Mus Noricus Agricolæ. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 235. *Rzac. auct. p.* 327. Mus Citellus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 436. *Les Allemands l'appellent* Zysel. *Geſn. Aldrov.* Ziesel. *Rzac. Les Bohémiens*, Sisel. *Rzac. Les Polonois*, Susel. *Rzac.*

Corpus habet, ut *Muſtela vulgaris*, longum & tenue. Caret auriculis; ſed non caret foraminibus, quibus ſonum recipit. Cauda breviſſima donatur.

Color pilorum cinereus eſt. Habitat in *Bohemia*, *Auſtria*, *Hungaria*, & *Polonia*.

** 7. CUNICULUS INDICUS. †

Cuniculus ecaudatus, auritus, albus, aut rufus, aut ex utroque variegatus.... LE LAPIN DES INDES.

Cuniculus Indus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 106. (*Fig. ſat bona, ſi tantum numerum digitorum non haberet*). Cuniculus Indicus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 63. (*Fig. ſat bona*). *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 160. (*Fig. Geſneri*). Porcellus Indicus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig p.* 391 (*Fig. Geſneri*). *Jonſt. Quadr. p.* 112. *Fig. T.* 64. (*Fig. bona*). *Rzac. Auct. p.* 333. Porcellus Indicus, ſive Guineenſis. *Charlet. Exerc. p.* 24. Mus cauda abrupta, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 1. Mus, ſeu Cuniculus Americanus & Guineenſis, Porcelli pilis & voce, *Cavia Cobaya* Braſilienſibus dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 223. Cavia Cobaya Braſilienſibus: quibusdam Mus Pharaonis; Tatu piloſus, Porcellus, Mus Indicus. *Klein. Quadr. p.* 49. Cavia Cobaya Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. (*Fig. ſat bona*). Cavia Cobaya. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 102. (*Fig. ſat bona*). *Les François l'appellent* COCHON D'INDE. *Les Allemands*, INDIANISCH KUNELE *ou* INDISCH SEULE. *Geſn.* MEER-FERCKEL; MEER-SCHWEIN. *Rzac. Les Polonois*, SWINKA ZAMORSKA *Rzac. Les Suédois*, MARSWIN. *Linn. Les Anglois*, GUINY PIG. *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad anum usque, 9½ pollicum; ambitus 8 pollicum; caput, a naribus ad occipitium, 2 pollices cum 4 lineis longum. Labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum eſt; oris rictus parvus; auriculæ breves, ſubrotundæ, patulæ, pellucidæ, & glabræ fere; crura brevia; caudæ veſtigium nullum. Pedes anteriores in 4, poſteriores vero in 3 digitos diviſi. Pili ad tactum molles: color in individuis variis varius: alia omnino alba ſunt; alia omnino rufa; alia ex

ex albo & rufo variegata; quædam ex nigro maculata. Habitat in *Europa* domeſticus, in *Guinea*, & *Braſilia*.

8. Cuniculus Brasiliensis.

Cuniculus ecaudatus, auritus, ex cinereo rufus. . . .
Le Lapin du Brésil.

Cuniculus Braſilienſis, *Aperea* dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 206. Cuniculus Indicus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 393. (*Fig. bona*). Cavia Aperea. *Klein. Quadr. p.* 50. Aperea, Cuniculi ſpecies. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 63. (*Fig. bona*). Aperea Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 223. (*Fig. bona*). Aperea. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 103. (*Fig. bona*). *Les Flamands l'appellent* Veldratte *ou* Boschratte. *Marcgr.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri, ad anum usque, unius eſt circiter pedis: diameter 7 digitorum. Barbam habet *leporinam;* labium ſuperius fiſſum; auriculas breves & ſubrotundas. Caret cauda. Crura anteriora 3 circiter digitos longa ſunt; poſteriora paulo longiora. Quatuor habet in pedibus anticis digitos unguibus parvis munitos, in poſterioribus 3, quorum medius reliquis longior. Color totius corporis, excepto ventre, in quo albicat, *leporinus*. Habitat in *Braſilia*.

[9. Cuniculus cauda longissima. †.

Cuniculus pumilio-ſaliens, cauda anomala longiſſima. . . . Le Lapin a queue tres longue.

Cuniculus pumilio. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* V. *p.* 351. *Fig. T.* 11. *F.* 1. (*Fig. optima*). Cuniculus ſeu Lepus Indicus, Utias dictus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 396. (*Fig. ſat bona*). *Les Mongols l'appellent* Alagtaga.

Corporis longitudo ab extremitate roſtri ad initium

tium caudæ 6 pollicum; auricularum 1½ pollicis; caudæ 8½ pollicum; crurum anteriorum ab humero ad extremos usque digitos eſt 1½ pollicis. Crura vero poſteriora a ſuffraginibus ad initium calcanei 3 pollices, a calcaneo ad extremos ungues 3 quoque pollices ſunt longa. Maxilla ſuperior, inferiore multum longior, obtuſa tamen. Barbam habet *leporinam*. Oculi ſunt grandes. Corpus anterius tenue, poſterius ampliſſimum in caudam deſinit longiſſimam, pilis durioribus & brevibus per plus quam duas partes tertias longitudinis, ſed verſus extremitatem longiſſimis, nigris ac in apice albis, veſtitam: habet 5 digitos in pedibus anticis, & 4 in pedibus poſticis, unguibus brevibus & albentibus munitos. Supinum corpus ex cinereo luteſcit, venter albicat. Habitat in *Siberia*.]

XXIV. *Genus Sciuri.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda longa, veſtita pilis ita diſpoſitis ut caudam planam efficiant.

** 1. SCIURUS VULGARIS.

Sciurus rufus, quandoque griſeo admixto. . . . L'ECUREUIL.

Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 18. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 21. Sciurus vulgaris. *Raj. Syn. Quadr. p.* 214. Sciurus vulgaris rubicundus. *Klein. Quadr. p.* 53. Sciurus. *Geſn. Quadr. p.* 955. *Fig. p.* 956. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 110. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 396. *Fig. p.* 398. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 113. *Fig. T.* 66.

T. 66. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 24. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 224. *Rzac. Auct. p.* 320. Pirolus, Spirioſus, Scurulus quorumdam. *Klein.* *Les Grecs l'appellent* Σκίουρος. *Les Eſpagnols*, HARDA *ou* ESQUILO. *Geſn. Aldrov.* *Les Italiens* SCHIRIVOLO. *Geſn.* SCHIRATO *ou* SCHIRATOLO. *Aldrov.* *Les Allemands*, EYCHORN *ou* EYCHHORN, *ou* EICHHERMLIN. *Geſn. Aldrov. Rzac.* *Les Illyriens*, WEWERKA. *Geſn. Aldrov.* *Les Polonois*, WYEWYORKA. *Geſn. Aldrov. Rzac.* *Les Suédois*, IKORN. *Linn.* *Les Anglois*, SQUYRRELL. *Geſn. Aldro.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudam usque, 7½ pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2 pollicum; caudæ 8 pollicum. Auriculæ breves ſunt & pilis longiſſimis ornatæ. Quatuor ſunt in pedibus anterioribus digiti, in poſterioribus vero 5, omnes longis, incurvis, & acutis unguibus muniti: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt breviſſimus & obtuſus. Univerſum corpus, exceptis gutture & ventre albicantibus, veſtitur pilis omnino rufis, vel cum pauco griſeo admixto. Caudam habet pilis longiſſimis ornatam, qua ſupra dorſum reflexa, ſe tegit & inumbrat. Habitat in *Europa.*

** 2. SCIURUS ALBUS, SIBERICUS.

L'ECUREUIL BLANC DE SIBERIE.

Sciurum vulgarem magnitudine circiter æquat: ab eo autem differt colore, qui per univerſum corpus albus eſt. Habitat in *Siberia.* Ex muſeo *Realmuriano.*

3. SCIURUS NIGER.

L'ECUREUIL NOIR.

Sciurus niger. *Klein. Quadr. p.* 53. Quauhtechallotl. *Fern. Hiſt. Nov. Hiſp. p.* 8. Quauhtechallotl-Thliltic. Sciurus Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 582.

(*Fig. sat bona*). Quauhtechallotl-Thliltic, sive Tlilocoteqvillin dictus. *Jonst. Quadr. p.* 113. Ecureuil noir. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 73. (*Fig. très-bonne*).

Præcedentes magnitudine superat: ab eis etiam colore differt: multi sunt omnino nigri; alii vel naso, vel pedibus, vel caudæ apice, vel denique torque albis donantur. Habitat in *Mexico*.

4. Sciurus varius.

Sciurus ex candido cinereus.... L'Ecureuil varié.

Sciurus varius, *Varus* vulgo dictus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p* 403 *Fig. p.* 405 (*Fig. sat bona*). Sciurus Scythicus. *Gesn. Icon. Quadr. p.* 111. Sciurus, sive Mus Ponticus. *Charlet. Exerc. p.* 24. Mus Ponticus, seu Venetus, vulgo *Varius. Gesn. Quadr. Fig. p.* 839. (*Fig. bona*). *Rzac. Auct. p.* 318. Mus Ponticus, *Varius* dictus. *Jonst. Quadr. p.* 113. Mus Lasicus Mathioli *Aldrov. Jonst* *Les Italiens l'appellent* Vare. *Gesn.* *Les Allemands*, Fech *ou* Vech. *Gesn. Aldro.* Grau-Werck. *Rzac.* *Les Polonois*, Popieliza. *Aldrov. Jonst. Rzac.*

Magnitudine & figura *Sciurum vulgarem* æmulatur; ab eo autem differt colore, qui candido ac cinereo est varius, & cauda non adeo ampla. Habitat in *Europa*.

** 5. Sciurus Americanus. †

Sciurus obscure cinereus.... L'Ecureuil d'Amerique.

Sciurus cauda teretiuscula, auribus subrotundis, nudis. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 18. *sp.* 3. Sciurus Americanus. *Klein. Quadr. p.* 54. *Seba Vol.* I. *p.* 78. *Fig. T.* 48. *F.* 5. (*Fig. optima*).

Sciuro vulgari magnitudine cedit: ab eo etiam differt colore, qui obscure cinereus est in parte cor-

corporis ſuperiore, in inferiore vero ex cinereo albus; & pilis caudæ brevioribus, & ad rufum accedentibus. Habitat in *America*.

** 6. Sciurus Virginianus.

Sciurus cinereus, auriculis ex albo flavicantibus. . . . L'Ecureuil de Virginie.

Sciurus Virginianus cinereus major. *Raj. Syn. Quadr. p.* 215. *Klein. Quadr. p.* 53. Grand Ecureuil gris. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 74. (*Fig. bonne*). *Les Anglois l'appellent* Great Grey Virginia Squirrel. *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 11 circiter pollicum. Corpus habet & membra corpore & membris *Sciuri vulgaris* craſſiora; caput & auriculas breviores; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus vero 5; auriculas intus nudas, extus vero pilis ex albo flavicantibus veſtitas. Partes corporis ſuperior & crurum exterior, ſunt cinereæ; corporis vero inferior & crurum interior ex cinereo candidæ: diverſi illi colores ſeparantur tæniis longitudinalibus rufis, in lateribus utrinque ſitis. Cauda, quæ veſtitur pilis longiſſimis cinereis, verſus extremum ex nigro & albo variis, in dorſum reflexa, totum corpus cooperit. Habitat in *Virginia & Carolina*.

7. Sciurus Brasiliensis.

Sciurus coloris ex flavo & fuſco mixti, tæniis in lateribus albis. . . . L'Ecureuil du Brésil.

Sciurus Braſilienſis. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 230.

Longitudine & figura *Sciurum vulgarem* æmulatur. Caudam habet ejusdem cum corpore longitudinis, qua in dorſum reflexa, corpus cooperiri poteſt; oculorum pupillam cæruleſcentem; auriculas breves & ob-

obrotundas; 4 in anterioribus pedibus digitos, in posterioribus 5, omnes longis & acutis unguibus munitos, quorum medii reliquis longiores: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis est parvulus & niger. Color totius corporis, exceptis gutture & ventre albis, est ex pallide flavo, & fusco mixtus: in utroque latere tæniam habet longitudinalem albam. Cauda pilis longis vestitur ex nigro & albo mixtis. Habitat in *Brasilia*.

8. Sciurus Novæ Hispaniæ.

Sciurus obscure cinereus, tæniis in dorso albicantibus.... L'Ecureuil de la Nouvelle Espagne.

Sciurus rariſſimus, ex Nova Hiſpania, tæniis albis. *Klein. Quadr. p.* 53. *Seba Vol.* I. *p.* 76. *Fig. T.* 47. *Mas F.* 2. *Fœm. F.* 3. (*Fig. bonis*).

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 5½ circiter pollicum: cauda longitudine corpus antecellit. Auricularum ambitus pilis deſtituitur. Color totius corporis, exceptis ore & inferiore corporis parte cinereis, eſt obſcure *Murinus*. Dorſum albicantes 7 in mare, 5 tantum in fœmina percurrunt tæniæ longitudinales, inde & per caudam quoque, quæ longis diffuſisque pilis tegitur, extenſæ: harum albedinem nigricantes pili intermixti variegant. Habitat in *Nova Hiſpania*.

9. Sciurus Carolinensis.

Sciurus rufus, tæniis in dorſo nigris, tæniis ex albo flavicantibus intermixtis.... L'Ecureuil de la Caroline.

Sciurus ſtriatus. *Klein. Quadr. p.* 53. Sciurus Lyſteri. *Raj. Syn. Quadr. p.* 216. Ecureuil de Terre. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 75. (*Fig. bonne*).

Dimidio minor eſt *Sciuro vulgari*. Oculos habet mag-

magnos & nigros; auriculas obrotundas: cauda pilis, quam in aliis ſpeciebus multo brevioribus, & rufis veſtitur: corpus ejusdem coloris eſt. In medio dorſo tænia longitudinalis extenditur nigra, & inſuper in utroque latere duæ tæniæ etiam nigræ, tertia tænia ex albo flavicante in illis incluſa. Habitat in *Carolinæ* & *Virginiæ* Sylvis.

** 10. SCIURUS PALMARUM; MUS PALMARUM *vulgo*.

Sciurus coloris ex rufo & nigro mixti, tæniis in dorſo flavicantibus.... L'ECUREUIL PALMISTE, *vulgairement*, RAT PALMISTE.

Muſtela Africana. *Raj. Syn. Quadr. p.* 216. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 112. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 105. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 172. (*Fig. ſat bona*). An Mus Indicus arboreus ſtriatus? *Raj. Syn. Quadr. p.* 230.

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 5 pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 1 pollicis & 5 linearum; caudæ, quæ in acumen deſinit, 6 circiter pollicum. Auriculas habet breves & ſubrotundas; 4 in pedibus anticis digitos, 5 vero in poſticis. Pili corporis ex rufo & nigro variegantur: pili caudæ ſupra ex nigro & flavicante, infra vero ſunt ex flavo rufi, cum duabus tæniis longitudinalibus in utroque latere nigris, altera tænia etiam longitudinali albicante utrinque terminatis: 3 ſunt inſuper in dorſo ſecundum ipſius longitudinem tæniæ flavicantes, in utroque ſcilicet latere una, altera in medio dorſo. Habitat in *Aſia*, *Africa*, & *America*.

11. SCIURUS GETULUS.

Sciurus coloris ex rufo & nigro mixti, tæniis in lateribus alternatim albis, & fuſcis aut nigris.... L'ECUREUIL DE BARBARIE.

Sciurus Getulus Caii apud Geſnerum. *Raj. Syn. Quadr. p.* 216.

p. 216. *Klein. Quadr. p.* 54. Sciurus Getulus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 112. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 405. *Fig. p* 406 (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 113 *Fig. T.* 67. (*Fig bona*). Sciurus, ſive Mus Getulus. *Charlet. Exerc. p.* 24.

Sciuri vulgaris magnitudinem non attingit : nec auriculas exſtantes habet, ut ille, ſed depreſſas magis, breviores & orbiculares. Pilorum color; excepto in ventre, in quo ex cinereo albus, ex rufo & nigro mixtus eſt. Eum, ab armis ad caudam, per latera albæ fuſcæque tæniæ in aliquibus, & albæ & nigræ in aliis alternatim decentiſſime pingunt, reſpondentibus etiam in cauda tæniis, quæ in expanſa cauda, propter pilorum raritatem, non apparent. Habitat in *Barbaria.*

** 12. SCIURUS VOLANS.

Sciurus obſcure cinereus aut rufeſcens, cute ab anticis cruribus ad poſtica membranæ in modum extenſa, volans. . . . L'ECUREUIL VOLANT.

Sciurus hypocondriis prolixis volitans. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 18. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. nº* 22. Sciurus Americanus volans. *Raj. Syn. Quadr. p.* 215. Sciurus petauriſta volans. *Klein. Quadr. p.* 54. Sciurus volans. *Seba Vol.* I. *p.* 67. *Fig. T.* 41. *F.* 3. (*Fig. optima*). Mus Ponticus aut Scythicus, Sciurus-ve alius, quem volantem cognominant. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 111. (*Fig. ſat bona*). Mus Ponticus, Scythicus, volans. *Rzac. Auct. p.* 315. Quimichpatlan, ſeu Mus volans. *Jonſt. Quadr. p.* 114. Aſſapanick à Barbaris dictus. *Jo. de Laet. p.* 82. Ecureuil volant. *Cat. Tom.* II. *Fig. p* 76. & 77. (*Fig. très-bonnes*). Ecureuil volant, connu ſous le nom de *Rat de Pont* ou *de Tartarie* de Geſner. *Tranſ. Phil. an.* 1733. *p.* 35. *Fig. Pl.* I. (*Fig. très-bonne*). *Les Polonois l'appellent* WIEWIORKA LATAIACA. *Rzac. Les Moſcovites*, LETAGA. *Rzac. Les Ruſſes*, POLATUCHA. *Rzac. Les Suédois*, FLYGANDE IKORN. *Linn. Les Anglois*, FLYING SQUIRREL. *Raj.*

Cor-

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, eſt circiter 3 pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 15 linearum; auricularum 5 linearum; caudæ 5 pollicum cum 3 lineis. Auriculas habet rotundas; ingentes & nigros oculos; myſtacem pilis nigris 1½ pollicem longis conflatum; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus vero 5, omnes acutis & incurvis unguibus munitos. Laterum cutis, quæ cruribus anterioribus & poſterioribus ſecundum ipſorum longitudinem connectitur, inſtar membranæ extendi poteſt: ope illius loca maxime a ſe diſtantia facile ſaltu attingit; 40 enim hexaplarum longitudinem volatu, vel potius ſaltu percurrit. Volando aut ſurſum tendere, aut horizontaliter aërem percurrere nequit, ſed deorſum oblique tendit. Pili denſiſſimi ſunt & molliſſimi, ſupra corpus aut obſcure cinerei aut rufeſcentes, infra vero albicantes: pili caudæ ejusdem fere coloris ac corporis pars ſuperior. Habitat in *Polonia*, *Laponia*, *Finlandia*, *Nova Hiſpania*, *Virginia*, & *Canada*.

** 13. Sciurus Sibericus volans.

Sciurus dilute cinereus, cute ab anticis cruribus ad poſtica membranæ in modum extenſa, volans.... L'Ecureuil volant de Siberie.

A præcedente differt magnitudine qua eum antecellit, cauda breviori, & colore per univerſum corpus dilute cinereo. Habitat in *Siberia*. Ex Muſeo *Realmuriano*.

14. Sciurus Virginianus volans.

Sciurus, cute a capite ad anum membranæ in modum lateraliter extenſa, volans.... L'Ecureuil volant de Virginie.

Sciurus cute a capite ad caudam relaxata volans. *Linn. Syſt.*

Syſt. Nat. Ed. 4. *g.* 20. *ſp.* 4. Sciurus Virginianus petauriſta. *Klein. Quadr. p.* 55. Sciurus Virginianus volans. *Seba Vol.* I. *p.* 72. *Fig. T.* 44. *F.* 3. (*Fig. optima*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, eſt circiter 5½ pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 15 circiter linearum; auricularum 8 linearum; caudæ 4½ pollicum. Pedes ſinguli in 5 digitos, acutis & incurvis unguiculis munitos, fiſſi ſunt, pollice ab aliis digitis remoto. Ope cutis laterum, quæ a gutture ad cervicem protenditur, inde ad anteriora crura, deinde etiam ad poſteriora, & tandem ad anum usque prope caudæ exortum, quæque membranæ inſtar extendi poteſt, aërem percurrit. In parte corporis ſuperiore rufeſcit; in inferiore vero ex cinereo flaveſcit. Habitat in *Virginia.*

** [15. SCIURUS MAXIMUS VOLANS, *ſeu* FELIS VOLANS. †

Sciurus caſtanei coloris, in parte corporis ſuperiore; in inferiore vero, eximie flaveſcentis; cute ab anticis cruribus ad poſtica membranæ in modum extenſa, volans.... LE GRAND ECUREUIL, OU LE CHAT VOLANT.

Dans les Isles Philippines on l'appelle TAGUAN. *Hiſt. des Voy. Tom.* XV. *p.* 57.

Longitudo corporis ab apice roſtri ad exortum caudæ 1 pedis & 4 pollicum; caudæ 1 pedis & 8 pollicum. Auriculas habet ſubacutas, glabras, barbam *felinam;* in pedibus anterioribus 4 digitos, in poſterioribus vero 5, omnes acutis & incurvis unguibus munitos. Laterum cutis quæ cruribus anterioribus & poſterioribus ſecundum ipſorum longitudinem annectitur, inſtar membranæ extendi poteſt, ut volatui inſerviat. Pili in parte corporis ſuperior,

re, ſunt longi, denſi, molles, coloris caſtanei ſplendentis; in parte vero inferiore breviores ſunt & eximie flaveſcunt; in cauda ſunt longiores, ad flavedinem accedunt, in apice nigreſcunt & ſunt longiſſimi. Pedes ſunt quoque nigri. Propter figuram capitis rotundam, & corporis magnitudinem, rectius *Felis volans* quam *Sciurus* dicitur. Ad *Felem* tamen non accedit roſtro, in acutum deſinente. Habitat in *India Orientali.*]

XXV. *Genus Gliris.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda longa, veſtita pilis ita diſpoſitis ut caudam rotundam efficiant.

1. GLIS.

Glis ſupra obſcure cinereus, infra ex albo cinerascens.... LE LOIR.

Glis Geſneri & aliorum. *Raj. Syn. Quadr. p.* 229. Glis. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 619. (*Fig. mala*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 109. (*Fig. mala*). *Charlet. Exerc. p.* 25. Sciurus Epilepticus. *Klein. Quadr. p.* 54. Loir. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 3. *p.* 40. *Fig. Pl.* 7. (*Fig. aſſez bonne*). *Les Hébreux l'appellent* AKBAR. *Geſn. Les Chaldéens*, AKBERA. *Geſn. Les Arabes*, PIR, *ou* PHIR. *Geſn. Les Eſpagnols*, LIRON. *Geſn. Les Italiens*, GALERO; GLIERO; *ou* GHIRO. *Geſn. Les Suiſſes*, RELL, *ou* RELLMUSS, *ou* GROSSE HASSELMUSS. *Geſn. Raj. Les Allemands*, GREUL. *Geſn. Les Polonois*, SCZUZEK. *Geſn.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 4½ pollicum; caudæ 3½ pollicum. Oculos habet magnos; auriculas longas; pedes pedibus

Ratti ſimiles. Pili in parte corporis ſuperiore ſunt obſcure cinerei, in inferiore vero ex albo cinerascentes. Habitat in ſylvis.

** 2. Mus avellanarum major.

Glis ſupra obſcure cinereus, infra ex albo cinerascens, macula ad oculos nigra. . . . Le Lérot.

Mus Avellanarum major. *Raj. Syn. Quadr. p.* 219. *Klein. Quadr. p.* 56. *Not.* 48. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 439. *Jonſt. Quadr. p.* 116. Mus Avellanarum. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 833. (*Fig. bona.*) *Rzac. Auct. p.* 315. Mus Avellanarius. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 66. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 25. Sorex Plinii. *Geſn. Quadr. p.* 834. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 115. (*Fig. bona*). *Les Eſpagnols l'appellent* Sorce, *ou* Raton Pequenno. *Geſn.* *Les Allemands*, Hasermuss. *Geſn.* Haselmaus. *Rzac.* *Les Polonois*, Myszorzechowa; Koszalka. *Rzac.* *Les Flamands*, Slaep ratie. *Geſn.* *Les Anglois*, Greater Dormouse, *ou* Sleeper. *Raj.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 5½ pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 15 linearum; auricularum 6 linearum; caudæ 4 pollicum. Oculos habet ingentes & nigros; auriculas ſubrotundas, pellucidas, & pilis breviſſimis obſitas; myſtacem partim nigris partim albis pilis conflatum; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5. Pili in parte corporis ſuperiore ſunt obſcure cinerei, in inferiore ex albo cineraſcentes: macula eſt circa oculos nigra, altera macula ejusdem coloris infra auriculas. Cauda, ab exortu ad mediam longitudinem uſque, obſita eſt in parte ſuperiore pilis ex rufo & nigro variis, in inferiore pilis ex rufo albicantibus, reliquo corpore ſuperne nigro, inferne albo. Habitat in ſylvis, & in locis in quibus fructus creſcunt.

** 3. Mus avellanarum minor.

Glis supra rufus, infra albicans. . . . Le Croque-noix.

Mus cauda longa pilosa, corpore rufo, gula albicante. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g.* 21. *sp.* 9. *Faun. Suec. Linn.* n°. 32. Mus Avellanarum minor. *Raj. Syn. Quadr. p.* 220. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 439. *Fig. p.* 440. (*Fig. bona*). *Jonst. Quadr. p.* 116. *Les Italiens l'appellent* Moscardino. *Aldrov. Les Suédois*, Skogsmus. *Linn. Les Anglois*, Dormouse, *ou* Sleeper. *Raj.*

Soricem magnitudine æmulatur. Caudam habet corpore paulo longiorem; auriculas breves & rotundas; ingentes & nigros oculos; mystacem pilis nigris & raris conflatum; 4 in pedibus anterioribus digitos, in posterioribus 5, omnes acutis & incurvis unguibus munitos, excepto pollice pedum posteriorum, qui caret ungue, & ab aliis digitis est remotus. Pili in parte corporis superiore sunt rufi, in inferiore vero albicantes, paululum flavicante admixto. Habitat in *Europæ* sylvis.

4. Marmota Bahamensis.

Glis fuscus. . . . La Marmotte de Bahama.

Cavia Bahamensis. *Klein. Quadr. p.* 50. Lapin de Bahama. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 79. (*Fig. bonne*).

Nostrate Cuniculo paulo minor est. Auriculas habet & pedes auriculis & pedibus *Murinis* similes. Color pilorum fuscus. Habitat in *Bahama*.

5. Marmota Americana. †

Glis fuscus, rostro e cinereo cœrulescente. . . . La Marmotte d'Amérique.

Glis Marmota, Americanus. *Klein. Quad. p.* 58. Monax,

nax, ou Marmotte d'Amérique. *Edwards. Tom. II. Fig. p.* 104. (*Fig. très-bonne*). Marmotte Américaine. *Cat. app. p.* 28.

Noſtratis Cuniculi magnitudinem circiter æquat. Oculos habet exſtantes & nigros; auriculas breves & rotundas; myſtacem pilis *ſetarum* inſtar rigidis conflatum, & præterea ſimiles pilos in utroque capitis latere ultra oris angulos; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5, omnes longiſſimos, longis & acutis unguibus munitos. Per univerſum corpus veſtitur pilis fuſcis ſaturatius in dorſo, dilute in lateribus, in ventre dilutius. Rostrum ex dilute cinereo cœruleſcit: ungues, digiti, & pedes ad talum usque nigricant. Cauda, quæ plusquam mediam corporis longitudinem attingit, pilis veſtitur fuſcis & nigreſcentibus. Habitat in *America*, & præſertim in *Marilandia*.

** 6. Marmota Polonica.

Glis flavicans, capite rufeſcente.... La Marmotte de Pologne.

Mus Alpinus. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 233. *Rzac. Auct. p.* 327. Mus Montanus quorundam. *Rzac. Les Italiens l'appellent* Marmontana. *Rzac. Les Allemands*, Murmelthier. *Rzac. Les Polonois*, Bobak; Swiszez. *Rzac.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 1½ pedis eſt; capitis, a naribus ad occipitium, 4 pollicum; caudæ totidem. Auriculas habet breviſſimas & rotundas; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt breviſſimus & obtuſus: pedum poſteriorum digiti 3 intermedii duobus lateralibus ſunt longiores. Univerſum corpus pilis flavicantibus veſtitur, capite tamen & cauda paululum rufeſcentibus. Habitat in *Polonia*.

** 7.

** 7. Marmota Alpina.

Glis pilis e fuſco & flavicante mixtis veſtitus. . . . La Marmotte des Alpes.

Glis, Marmota Italis. Mus Alpinus Plinii. *Klein. Quadr. p.* 56. Mus cauda elongata nuda, corpore rufo. Marmota. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 11. Mus Alpinus Plinii, Marmota Italis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 221. Mus Alpinus, ſive Marmota. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 445. (*Fig. ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 19. Mus Alpinus. *Geſn. Quadr. p.* 840. *Fig. p.* 841. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 108. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 117. *Fig. T.* 67. (*Fig. bona*). Marmotte. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 3. *p.* 33. *Fig. Pl.* 7. (*Fig. bonne*). *Les Italiens l'appellent* Murmont; Marmota; Marmontana; Varoza. *Geſn. Les Griſons*, Montanella. *Geſn. Les Allemands & les Suiſſes*, Murmelthier; Murmentle; Mistbellerle. *Geſn. Les Suédois*, Mormeldiur. *Linn.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 1½ pedis eſt; capitis, a naribus ad occipitium, 3 pollicum cum 9 lineis; auricularum 7 linearum; caudæ, ab exortu ad extremitatem usque pilorum, qui longiſſimi ſunt, 6 pollicum. Pedes anteriores in 4 digitos fiſſi ſunt, poſteriores vero in 4, quorum 3 intermedii duobus lateralibus ſunt longiores. Univerſum corpus veſtitur pilis rigidis, ex fuſco & flavicante variegatis in parte corporis ſuperiore, in inferiore vero flavicantibus: pili caudæ ex nigro & flavicante variegantur. Habitat in *Alpibus*.

8. Marmota Argentoratensis.

Glis ex cinereo rufus in dorſo, in ventre niger, maculis tribus ad latera albis. . . . La Marmotte de Strasbourg.

Mus cauda elongata, corpore cinereo, rutilo nigroque longitudinaliter vario. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21.

ſp. 10. Glis Cricetus, Geſneri. *Klein. Quad. p.* 56. Cricetus Geſneri. *Raj. Syn. Quadr. p.* 221. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 232. *Rzac. auct. p.* 326. Cricetus. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 836. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 113. Arctomys Paleſtinæ ſecundum Geſnerium. *Raj. Geſn.* Porcellus frumentarius Schwenckfeldii. *Rzac.* Mus magnus campi quorumdam. *Rzac.* *Auprès de Strasbourg on l'appelle* KORNFARLE. *Geſn.* *Les Polonois l'appellent* SKRZECZEK; CHOMIK. *Rzac.* *Les Allemands*, HAMSTER, *ou* HAMESTER. *Geſn. Rzac.*

Quoad magnitudinem *Rattum* inter & *noſtratem Cuniculum* medium tenet. Pedes habet admodum breves; caudam 8 circiter pollices longam. Capitis pars ſuperior, dorſum, & cauda ex cinereo rufeſcunt: tempora rutila ſunt, ſicut & latera: venter eſt niger, & guttur candidum; & inſuper utrumque latus maculis albis tribus numero diſtinguitur. Habitat in agris circa *Argentoratum*, in *Turingia*, *Miſnia* & *Polonia*.

XXVI. *Genus Muris.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda nuda, aut raris pilis obſita.

Obſ. 1. Hujus Generis ſpecies coloribus & caudæ longitudine inter ſe diſtinguuntur: aliæ caudam habent corpore longiorem; aliæ caudam corpus circiter longitudine æquantem; aliæ caudam corpore multo breviorem. Primam *caudam longiſſimam*; ſecundam *caudam longam*; tertiam denique *caudam brevem* vocavi. Per corporis longitudinem, intelligo diſtantiam occipitium inter & caudæ exortum.

Obſ. 2. Omnes hujus Generis ſpecies pedes habent poſteriores anterioribus longiores.

**. 1. RATTUS.

Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus.... LE RAT.

Mus

Mus cauda longa, ſubnuda, corpore fuſco cineraſcente. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 21. ſp. 6. Faun. Suec. Linn. n°. 28.* Mus, Rattus domeſticus. *Klein. Quadr. p. 57.* Mus domeſticus major, ſive Rattus. *Raj. Syn. Quadr. p. 217. Sloane. Vol. II. p. 330. Geſn. Quadr. Fig. p. 829. (Fig. ſat bona). Geſn. Icon. Quadr. p. 114. Fig. p. 115. (Fig. ſat bona). Aldro Quadr. Dig. Viv. p. 415. Jonſt. Quadr. p. 115. Fig. T. 66. ſub iſto nomine*, Glires. *(Fig. bonis).* Sorex *Charlet. Exerc. p. 25.* Guabiru Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. p. 229. Les Grecs l'appellent* Μῦς. *Les Eſpagnols*, RATON. *Geſn. Aldrov. Les Portugais*, RATO DA CASA. *Marcgr. Les Italiens*, RATO DI CASA; PANTEGANA; SOURCO. *Geſn. Les Allemands*, RATZ. *Geſn. Aldrov. Les Polonois*, SEZUREZ. *Aldrov. Les Anglois*, RAT; RATTE. *Raj. Geſn. Aldrov.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 7 circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2 circiter pollicum. Caudam habet corpore longiorem; auriculas magnas ſubrotundas, & pellucidas; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguiculus eſt breviſſimus. Per univerſum corpus veſtitur pilis obſcure cinereis; cauda vero ſquamis minimis, pilis quibusdam rariſſimis intermixtis, tegitur. Dantur & toti albi. Habitat in domibus.

** 2. SOREX.

Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus; ventre ſubalbeſcente. . . . LA SOURIS.

Mus cauda nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 21. ſp. 8. Faun. Suec. Linn. n°. 31.* Mus minor; Muſculus vulgaris domeſticus, cauda tereti longa. *Klein. Quadr. p. 57.* Mus domeſticus vulgaris, ſeu minor. *Raj. Syn. Quadr. p. 218. Sloane. Vol. II. p. 330.* Mus domeſticus communis vel minor. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 114. (Fig. ſat bona).* Mus domeſticus minor. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 415. Fig. p. 417. (Fig. ſat.*

ſat bona). *Jonſt. Quadr. p.* 115. *Fig. T.* 66. *ſub iſto nomine*, Mures. (*Fig. ſat bonis*). Mus. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 808. (*Fig. ſat bona*). Sorex domeſticus. *Charlet. Exerc. p.* 25. Carucvoca Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 229. *Les Hébreux l'appellent* ACBAR. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, ACBERA. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Μυάριον, *ou* Μύοκ@. *Les Arabes*, PHIR, *ou* PHAR. *Geſn. Aldrov. Les Sarraſins*, FARRA. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols*, RAT. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, TOPO; SORICE; SORGIO DI CASA. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, MUSZ. *Geſn. Aldrov. Les Polonois & les Illyriens*, MYSS. *Geſn. Aldrov. Les Suédois*, MUS. *Linn. Les Anglois*, MOWS. *Geſn. Aldrov.* MOUSE. *Raj. Geſn. Aldrov.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 2 pollicum cum 9 lineis; capitis 11 linearum; auricularum 5 linearum; caudæ 3 pollicum cum 4 lineis. Auriculas habet latas, ſubrotundas & pellucidas; oculos magnos exſtantes; pedum digitos, ut in præcedente. Pili in parte corporis ſuperiore obſcure ſunt cinerei; in inferiore vero paululum ſubalbeſcentes. Dantur & toti albi. Habitat in domibus.

** 3. MUS SYLVESTRIS.

Mus cauda longiſſima, ſupra dilute fulvus, infra albicans. . . . LE RAT DE BOIS.

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 7½ pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2 pollicum; & caudæ 7½ pollicum. Cauda vero, ſicuti & cauda *Ratti*, ſquamis minimis, pilis quibusdam rariſſimis intermixtis, tegitur. Auriculas habet auriculis *Ratti* ſimiles. Pedes anteriores in 4, poſteriores in 5 digitos fiſſi ſunt: & loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis brevis & obtuſus extat. Corporis pars ſuperior, ſicut & crurum exterior, ſunt dilute fulvæ; inferior vero corporis pars, & crurum interior albæ. Habitat in ſylvis. Ex Muſeo *Realmuriano*.

4. Mus

4. Mus campestris major.

Mus cauda longiſſima, fuſcus, ad latera rufus. . . . Le grand Rat des champs.

Mus agreſtis major, Macrouros Geſneri. *Raj. Syn. Quadr. p.* 219. *Klein. Quadr. p.* 57. *Not.* 50. Mus agreſtis major. *Geſn. Quadr. p.* 830. *Fig. p.* 1104. (*Fig. ſat bona.*) *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 116. (*Fig. ſat bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 436. Mus agreſtis. *Rzac. Auct. p.* 328. *Les Italiens l'appellent* Campagnoli. *Aldrov.*

Les Allemands, Feldmusz; Erdmusz; Nülmusz, *ou* Nielmusz. *Geſn. Rzac. Les Anglois*, Feldmusz. *Geſn. Les Polonois*, Myss Polna. *Rzac.*

Ratti magnitudinem circiter attingit. Caudam, ut ille, longam habet & craſſam; auriculas rotundas; caput magnum & rotundum. Pilorum color per univerſum corpus fuſcus eſt, exceptis lateribus, in quibus rufus. Habitat in agris.

5. Sorex Americanus. †

Mus cauda longiſſima, dilute ſpadiceus.... La Souris d'Amérique.

Mus Americanus pilis dilute ſpadiceis veſtitus. *Seba Vol.* I. *p.* 177. *Fig. T.* 111. *F.* 6. (*Fig. optima*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 3 circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 1 pollicis; & caudæ 3 pollicum cum 8 lineis. Roſtrum paulo acutum eſt; auriculæ magnæ & latæ. Pili dilute ſpadicei univerſum corpus veſtiunt. Habitat in *America*.

6. Rattus Americanus.

Mus cauda longiſſima, ſupra ex rufo flaveſcens; infra albicans, auriculis retrorſum ſitis.... Le Rat d'Amérique.

Mus Americanus. *Klein. Quadr. p.* 58. *Seba Vol.* II. *p.* 30. *Fig. T.* 29. *F.* 2. (*Fig.bona*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 3½ circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 15 circiter linearum; caudæ 4 pollicum. Caudam habet albeſcentem, pilis quibusdam raris hiſpidam; auriculas ſat magnas, albeſcentes, plus retrorſum ſitas quam in aliis hujus generis ſpeciebus; pedes poſteriores anterioribus majores & craſſiores. Dorſum & capitis pars ſuperior ex rufo flaveſcunt: pedes 4 & venter albicant. Habitat in *America*.

7. Mus albus Virginianus.

Mus cauda longa, albus, myſtace nigricante.... Le Rat blanc de Virginie.

Mus agreſtis Virginianus albus. *Klein. Quadr. p.* 57. *Seba Vol.* I. *p.* 76. *Fig. T.* 47. *F.* 4. (*Fig. optima*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 3½ circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 15 linearum; caudæ 2 pollicum cum 9 lineis. Caput habet acuminatum, & myſtacem pilis longis nigricantibus conflatum; caudam in exortu craſſam, in acumen deſinentem, pilisque longis & raris obſitam. Per univerſum corpus veſtitur pilis brevibus albis. Habitat in *Virginia*.

[8. Mus albus Ceylonicus.

Mus albus, cauda longiſſima.... Le Rat blanc de Ceylon.

In omnibus ſimilis præcedenti, excepta cauda, quæ eſt longiſſima. Myſtax quoque minus nigreſcit. Habitat in inſula *Ceylon*.]

9. Mus

9. Mus Norvegicus.

Mus cauda longa, ex dilute cinereo fuſcus. . . . Le Rat de Norvége.

Mus ex Norvagia cinereo fuſcus. *Seba Vol.* II. *p.* 64. *Fig. T.* 63. *F.* 5. (*Fig. bona*). Glis Norvagicus. *Klein. Quadr. p.* 56.

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, $4\frac{1}{2}$ circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, $1\frac{1}{2}$ pollicis; caudæ $3\frac{1}{2}$ pollicum. Myſtacem habet longis pilis conflatum; auriculas breves & latas; dorſum latum, incurvum, ventrem pendulum; femora craſſa; digitos longos, acutis unguibus munitos. Per univerſum corpus veſtitur pilis ex dilute cinereo fuſcis. Habitat in *Norvegia.*

** 10. Mus agrorum.

Mus cauda longa, ſupra e fuſco flaveſcens, infra ex albo cineraſcens. . . . Le Mulot.

Mus cauda longa, corpore nigro flaveſcente, abdomine albo. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 7. *Faun. Suec. Linn. no.* 30. Mus domeſticus medius. *Raj. Syn. Quadr. p.* 218.

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, $4\frac{1}{2}$ pollicum; capitis 15 linearum; caudæ $3\frac{1}{2}$ pollicum. Oculos habet magnos & prominentes; auriculas latas, rotundas, & pellucidas; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt brevis & obtuſus. Pili in parte corporis ſuperiore ex fuſco flaveſcunt; in inferiore ex albo cinerascunt; in lateribus capitis rufeſcunt. Habitat in ſylvis, agris, & hortis.

II. Mus Orientalis.

Mus cauda longa, rufus, lineis in dorso albicantibus, margaritarum æmulis. . . . Le Rat Oriental.

Mus Orientalis. *Klein. Quadr. p.* 57. *Seba Vol.* II. *p.* 22. *Fig. T.* 21. *F.* 2. (*Fig. optima*).

Corporis longitudo, ab extremitate rostri ad caudæ initium, 2 est pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 8 aut 9 linearum; caudæ, 1½ pollicis. Auriculas habet brevissimas, sicut & crura; pedes latos; caudam crassam. Pilorum color rufus est, lineis albicantibus margaritarum æmulis per dorsum distinctus. Habitat in *India Orientali.*

** 12. Mus aquaticus.

Mus cauda longa, pilis supra ex nigro & flavescente mixtis, infra cinereis vestitus. . . . Le Rat d'Eau.

Mus major aquaticus, sive Rattus aquaticus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 217. Mus, Rattus aquatilis. *Klein. Quadr. p.* 57. Mus aquatilis, Quadrupes Bellonii. *Gesn. Icon. Aquat. Fig. p.* 354. (*Fig. mala*). Mus aquatilis. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 447. Mus aquaticus. *Gesn. Quadr. p.* 830. *Jonst. Quadr. p.* 117. *Bell. de Aquat. p.* 35. *Fig. p.* 36. (*Fig. mala*). *Rzac. Auct. p.* 328. Sorex aquaticus. *Charlet. Exerc. p.* 25. Castor cauda lineari tereti. Rattus aquaticus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 20. *sp.* 3. *Faun. Suec. Linn. n°.* 25. *Les Grecs l'appellent* Μῦς ἔνυδρος. *Les Italiens*, Sorgo Morgange. *Gesn. Aldrov. Les Polonois*, Myss Wodna. *Rzac. Les Allemands*, Wasser-Musz. *Gesn. Aldrov. Rzac.* Wasser-Ratz. *Gesn. Les Suédois*, Watn-Rotta. *Linn. Les Anglois*, Watter-Ratte. *Gesn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab extremitate rostri ad caudæ initium, 6 pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2 pollicum; caudæ 4 pollicum cum 3 lineis;

neis; ambitus corporis $4\frac{1}{2}$ pollicum. Oculos habet ſat magnos; auriculas breves, rotundas, & fere in pilis occultas; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus 5: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt brevis & obtuſus. Pilorum color in parte corporis ſuperiore ex nigro & flaveſcente mixtus eſt, in inferiore cinereus, cum pauco flaveſcente admixto. Habitat in aquoſis locis.

13. Mus campestris minor.

Mus cauda brevi, pilis e nigricante & ſordide luteo mixtis in dorſo, & ſaturate cinereis in ventre veſtitus.... Le petit Rat des champs.

Mus cauda brevi, corpore nigro fuſco, abdomine cineraſcente. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 4. *Faun. Suec. Linn.* n°. 27. Mus agreſtis capite grandi brachiuros. *Raj. Syn. Quadr. p.* 218. Mus agreſtis capite grandi. *Klein. Quadr. p.*57. *Not.* 50. Mus agreſtis minor. *Geſn. Quadr. p.* 830. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 116. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 436. *Les Italiens l'appellent* Campagnoli. *Aldrov.*

Soricem magnitudine ſuperat. Corpus habet longius; caput grande, roſtrum breve, obtuſum; oculos parvos; auriculas breves, latas, ſubrotundas, in pilis, qui longiores ſunt quam in *Sorice*, pene occultatas; caudam pollicis longitudinem non multum ſuperantem, & pilis quam in *Ratto* crebrioribus, non tamen denſis, veſtitam; crura perbrevia. Pilorum color e nigricante & ſordide luteo mixtus eſt in dorſo, & ſaturate cinereus in ventre. Habitat in agris, in meſſe frequens.

SECTIO III.

Ea quæ dentibus caninis donantur, & corpus aculeis deſtitutum habent.

Unico Genere, ſcilicet *Muſaranei*, conſtituitur hæc Sectio.

XXVII.

XXVII. *Genus Muſaranei.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla duo:
Canini præſentes:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum.

** 1. MUSARANEUS.

Muſaraneus ſupra ex fuſco rufus, infra albicans. . . .
LA MUSARAIGNE.

Muſaraneus, roſtro productiore. Mus venenoſus. *Klein. Quadr. p.* 58. Muſaraneus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 239. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 844. (*Fig. ſat bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 441. *Fig. p.* 442. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p.* 116. *Fig. T.* 66. (*Fig ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 25. Muſaraneus; Mus cæcus; Mygale. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 116. (*Fig. ſat bona*). Sorex. Muſaraneus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 22. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 33. *Les Bourguignons l'appellent* SERY. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Μυγαλὴ. *Les Eſpagnols*, RATON PEQUE'NNO. *Geſn.* MURGANHO. *Aldrov. Les Italiens*, TOPORAGNO. *Aldrov. Les Griſons*, MUSERAING. *Geſn. Aldrov. Les Savoyards*, MUSET *ou* MUSETTE. *Aldrov. Les Suiſſes*, MUTZET. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, SPITZMUSS. *Geſn. Aldrov. Les Siléſiens*, BISEM-MUSS. *Geſn. Les Illyriens*, NIEMECKA-MYSS. *Geſn. Les Polonois*, KERET. *Geſn. Les Suédois*, NABBMUS. *Linn. Les Anglois*, SHREW *Raj. Geſn. Aldrov.* SHREW-MOUSE *ou* HARDY-SHREW. *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 2½ pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 9 linearum; caudæ 15 linearum. Naſum habet ultra maxillam inferiorem multo prominentem, & acutiſſimum; oculos minimos & nigros; auriculas breves, ſicut & crura; in ſingulis pedibus digitos 5, quorum 3 intermedii pedum poſteriorum duobus lateralibus ſunt longiores; caudam

dam pilis brevibus veſtitam. Pilorum color in parte corporis ſuperiore ex fuſco rufus eſt, in inferiore, ſicut & in 4 pedibus, albicans. Dentes habet inciſores in utraque maxilla binos, acutos; ſuperiores bifidos & uncinatos; inferiores recte antrorſum prominentes, apice recurvos: ſunt inſuper dentes canini in maxilla ſuperiore 3 utrinque, quorum primus duobus aliis major; & in maxilla inferiore duo utrinque, quorum primus ſequente minor eſt: dentes molares in maxilla ſuperiore 4 utrinque, quorum ulterior parvus; & in maxilla inferiore 3 utrinque: ſumma dentium 28. Habitat in agris.

[2. MUSARANEUS AQUATICUS.

Muſaraneus ſupra ex fuſco nigricans, infra ex fulvo cinereus ac griſeus.... LA MUSARAIGNE D'EAU.

La Muſaraigne d'eau. *Hiſt. de l'Acad. année* 1756. *p.* 211. *des Mém. Fig.* 2. *de la Pl.* I. (*Fig. très-bonne.*) *Les Bourguignons l'appellent* SOURIS D'EAU. *Hiſt. de l'Acad.*

Præcedente major, nam longitudo corporis ab extremitate roſtri ad exortum caudæ 3¾ pollicum. Roſtrum quoque habet craſſius, caudam, pedes & crura longiora. Pilorum color in tota parte ſuperiore corporis ex fuſco nigricat, in inferiore eſt ex fuſco griſeus ac cinereus: cauda eſt griſea & fere nuda, excepta parte inferiore, obſita pilis brevibus & albicantibus. Ad latera digitorum eminent pili, pinnarum ad inſtar diſpoſiti. Animal hoc Amphibium habitat in *Burgundia*, prope fluvios.]

3. MUSARANEUS BRASILIENSIS. †

Muſaraneus fuſcus, tribus tæniis in dorſo nigris.... LA MUSARAIGNE DU BRÉSIL.

Muſaraneus. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 229.

Corporis longitudo, ab extremitate oris ad caudæ

dæ exortum, circiter 5 digitorum; caudæ fere 2. Os habet acutum. Color ipsius est fuscus; & in dorso, secundum longitudinem, a capite ad caudam, 3 tænias habet nigras. Habitat in *Brasilia*.

SECTIO IV.

Ea, quæ dentibus caninis donantur, & corpus aculeatum habent.

Unicum Genus, scilicet *Erinacei*, continet hæc Sectio.

XXVIII. *Genus Erinacei.*

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla duo:
Canini præsentes:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeatum.

** 1. ERINACEUS. †

Erinaceus auriculis erectis. . . . LE HÉRISSON.

Erinaceus auriculatus. Echinus terrestris. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. g. 11. *sp.* 1. *Faun. Suec. Linn.* nº 16. Echinus, sive Erinaceus terrestris. *Raj. Syn. Quadr. p.* 231. Echinus vel Herinaceus. *Gesn. Icon. Quadr. p.* 106. *Fig. p.* 107. (*Fig. bona*). Echinus terrestris. *Gesn. Quadr. p.* 399. *Fig. p.* 400. (*Fig. bona*). *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p.* 459. *Jonst. Quadr. p.* 119. *Fig. T.* 68. *sub isto nomine*, Herinaceus. (*Fig. bona*). *Mus. Worm. p.* 334. Erinaceus nostras. *Seba Vol.* I. *p.* 78. *Fig. T.* 49. *F.* 1. & 2. (*Fig. optimis*). Erinaceus. *Charlet. Exerc. p.* 19. Herinaceus. *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 233. *Rzac. Auct. p.* 326. Hericius, Herix Siponti no. *Rzac.* Acanthion vulgaris nostras. Herinaceus: Echinus. *Klein. Quadr. p.* 66. Acanthio terrestris Galeni. *Rzac.* *Les Hébreux l'appellent* KIPOD. *Gesn. Aldrov.* *Les Chaldéens*, KOPEDA. *Gesn.* *Les Grecs*, ΕΧΙΝΟΣ. *Les Espagnols*, ERIZO. *Gesn. Aldrov.* *Les Por-*

Portugais, Ouriso *ou* Orico Cachero. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, Riccio *ou* Rizo. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, Igel. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Illyriens*, Gess *ou* Malox, *ou* Tzwijerzatko, *ou* Otzijschak. *Geſn. Les Polonois*, Iez; Ziemuy. *Rzac. Les Suédois*, Igelkott. *Linn. Les Hollandois*, Yseren Vereken *Geſn. Les Anglois*, Urchin *ou* Hedgehog. *Raj. Geſn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 9 pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2½ pollicum; caudæ 1 pollicis. Oculos habet parvos & extantes; auriculas latas, rotundas, & erectas; nares criſtæ *Galli* inſtar dentatas; in ſingulis pedibus digitos 5 unguibus munitos, pollice aliis digitis breviore. Corporis pars ſuperior, dorſum ſcilicet, latera, & vertex capitis, aculeis teguntur rigentibus & acutis, ex fuſco & albido variis, majoribus 1½ pollicem circiter longis: caput vero, vertice excepto, guttur, ventrem, pedes, & caudam pili aut fuſci aut albidi cooperiunt. Dentes ſunt inciſores in utraque maxilla duo longi, ſuperiores a ſe invicem diſtantes, inferiores fere contigui: canini in maxilla ſuperiore 4 utrinque parvi, per paria remoti; in inferiore 3 utrinque parvi, contigui, oblique antrorſum inclinati: molares in maxilla ſuperiore 5 utrinque, quorum anterior & ulterior parvi ſunt, intermediis majoribus; in inferiore 4 utrinque, quorum 3 anteriores majores, & ulterior parvus: ſumma dentium 36. Habitat in ſylvis.

2. Erinaceus Sibericus.

Erinaceus auriculis planis.... Le Hérisson de Siberie.

Erinaceus Sibericus. *Seba Vol.* I. *p.* 79. *Fig. T.* 49. *Mas F.* 5. *& fœmina F.* 4. (*Fig. optimis*). Acanthion echinatus. Echinus Sibericus. *Klein. Quadr. p.* 66.

Si figura, quam iſtius ſpeciei *Seba* dedit, magnitudinem naturalem æquet, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, non ultra 6 pollices longus eſt. Auriculas habet breves & planas; roſtrum breve, ſicut & caudam, quæ 6 linearum longitudinem non ſuperat; in ſingulis pedibus 5 digitos, pollice aliis breviore. Corporis pars ſuperior veſtitur aculeis craſſis, brevibus, acuminatis, ſaturate rufis, apicibus auro quaſi obductis: venter vero tegitur pilis tenuiſſimis, laneis, dilute cinereis, & auro quaſi obductis. Habitat in *Siberia*.

3. Erinaceus Malaccensis.

Erinaceus auriculis pendulis.... Le Hérisson de Malacca.

Acanthion aculeis longiſſimis. Hyſtrix genuina; Porcus aculeatus, Malaccenſis. *Klein. Quadr. p. 66.* Hyſtrix pedibus pentadactylis, cauda truncata. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 17. ſp. 4.* Porcus aculeatus, ſeu Hyſtrix Malaccenſis. *Seba Vol. I. p. 81. Fig. T. 51. F. 1. & 2.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad anum usque, 8 circiter pollicum; capitis, a naribus ad occipitium, 2½ pollicum. Oculos habet magnos & ſplendentes; auriculas nudas fere, & pendulas; in ſingulis pedibus 5 digitos unguibus brevibus munitos. Corporis pars ſuperior rectis & *ſubularum* inſtar acuminatis horret aculeis, a pollicari ad ſeſquipedalem usque menſuram variæ longitudinis, partim ex albo & nigro, partim ex albo & ſubrufo variegatis: horum interſtitia pilis replentur tenuibus, longis, & *ſetarum* æmulis: caput brevibus pilis obſitum eſt: venter, crura, & pedes pilis rufis, brevibus, tenuibus, acuminatis, & denſis. Habitat in *Java*, *Sumatra*, & præſertim *Malacca*.

4. Eri-

4. Erinaceus Americanus.

Erinaceus auriculis nullis. . . . Le Hérisson d'Amérique.

Erinaceus ſubauriculatus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 11. *ſp.* 2. Erinaceus Americanus albus. *Seba Vol.* I. *p.* 78. *Fig. T.* 49. *F.* 3. (*Fig. optima*). Echinus Indicus albus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 232. Acanthion echinatus; Erinaceus Americanus albus, Surinamenſis. *Klein. Quadr. p.* 66.

Corpus, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 8 circiter pollices longum eſt. Caput breve & craſſum; collum breve, ſicut & cauda, quæ raris obſita eſt pilis. Auricularum nullum apparet veſtigium; ſed loco ipſarum foramina ſunt aperta, quibus ſonum recipit. Pedes ſinguli in 5 fiſſi ſunt digitos longis, acutis, & incurvis ungibus munitos. Corporis pars ſuperior aculeis tegitur brevibus, craſſis, rigidis, ex cinereo dilute flaveſcentibus: capitis pars anterior, venter & pedes veſtiuntur pilis ſetaceis albicantibus: qui ventrem cooperiunt, longiores & molliores ſunt, quam qui *Erinacei noſtratis* ventrem obtegunt: ſupra oculos breves ſunt pili obſcure fuſci, ad latera vero retrorſum longi nigricantes. Habitat in *America*.

ORDO XIII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla quatuor, & digitis unguiculatis donata.

Hujus Ordinis Quadrupedum alia ſunt quorum digiti omnes a ſe invicem omnino ſunt ſeparati: alia quorum digiti pedum anteriorum membrana in alas expanſa inter ſe connectuntur. In duas

Sectiones dividuntur: prima continet ea quorum omnes digiti a se invicem separati sunt, *Simias* scilicet; secunda ea quorum digiti pedum anteriorum membrana in alas expansa inter se connectuntur, *Pteropos* nempe.

SECTIO I.

Ea quorum digiti omnes a se invicem separati sunt.

Unicum in hac Sectione continetur Genus, scilicet *Simiarum.*

XXIX. *Genus Simiæ.*

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla quatuor:
Digiti unguiculati,
Omnes a se invicem separati:
Pollex distinctus.

Obs. 1. Omnes Simiarum species ciliis in utraque palpebra donantur: duas habent in pectore mammas: & anteriora & posteriora crura brachiis & cruribus *hominum* similia. Pedes anteriores manus *hominum* referunt, & manuum officium præstant: posteriores sunt velut manus majusculæ, & digitis, ut manus, constant, medio longiore; officiumque duplex, tum manuum scilicet, tum pedum præstant.

Obs. 2. Quædam nullam habent caudam; aliæ caudatæ sunt: ex utrisque aliæ sunt rostro brevi, aliæ rostro productiore: inter caudatas, aliæ caudam breviſſimam, aliæ caudam longam habent. In 5 *Stirpes* dividuntur; prima est earum quæ nullam habent caudam, quæ sunt rostro brevi, quæque *Simiæ proprie dictæ* vocantur: secunda earum quæ nullam habent caudam, quæ sunt rostro productiore, quæque *Simiæ Cynocephalæ* dicuntur; tertia earum quæ caudam habent breviſſimam, & *Papiones* dictæ sunt: quarta earum quæ caudam habent longam, quæ sunt rostro brevi, quæque *Cercopitheci simpliciter* dicuntur: quinta denique earum quæ caudam habent longam, & sunt rostro productiore, quæque *Cercopitheci Cynocephali* nominantur.

Te-

Tabula Synoptica Simiarum in quinque Stirpes diſtinctarum.

Simiæ ſunt vel
- Ecaudatæ;
  - Roſtro brevi... Simia... *Stirps* I.
  - Roſtro productiore... Simia Cynocephala... *Stirps* II.
- Caudatæ;
  - Cauda breviſſima... Papio... *Stirps* III.
  - Cauda longa;
    - Roſtro brevi... Cercopithecus... *Stirps* IV.
    - Roſtro productiore... Cercopithecus Cynocephalus... *Stirps* V.

STIRPS I.

Eæ quæ ſunt ecaudatæ, roſtro brevi.

SIMIA.

** 1. Simia.

Simia unguibus omnibus planis & rotundatis.... Le Singe.

Simia ſimpliciter dicta, cauda carens. *Raj. Syn. Quadr. p.* 149. *Sloane. Vol.* II. *p.* 328. Simia. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 957. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 91. *Fig. p.* 92. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 96. *Fig. T.* 59. *ſub iſto nomine*, Simia 1 & 2. (*Fig. ſat bona*). *Les Hébreux appellent le Singe* Koph. *Geſn. Les Chaldéens*, Kophin. *Geſn. Les Grecs*, πιθηκος. *Les Arabes*, Cataph. *Geſn. Les Eſpagnols*, Ximio. *Geſn. Les Italiens*, Simia. *Geſn. Les Allemands*, Aff. *Geſn. Les Illyriens*, Opieze. *Geſn. Les Flamands*, Sime *ou* Schemikel. *Geſn. Les Anglois*, Ape. *Geſn. Raj.*

Plurimas vidi Simiarum ſpecies, magnitudine tan-

tummodo a ſe invicem diſcrepantes. Ipſarum facies, auriculæ, & ungues vultum, auriculas & ungues *hominum* imitantur. Univerſum corpus, exceptis clunibus nudis, veſtitur pilis ex virideſcente & flavicante variegatis: pars corporis ſuperior magis virideſcit, inferior vero magis flaveſcit. Habitat in *Africa*.

2. Homo Sylvestris.

Simia unguibus omnibus planis & rotundatis, cæſarie faciem cingente.... L'Homme des Bois.

Simia ecaudata, ſubtus glabra. Satyrus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 1. Simia Ourang outang, i. e. Homo ſylveſtris; vir ſylvarum. *Klein. Quadr. p.* 86. Satyrus Indicus, *Ourang outang* Indis, & *Homo ſylveſtris* dictus. *Charlet. Exerc. p.* 16. Ourang outang, ſive Homo ſylveſtris. *Bont. Ind. Or. Fig. p.* 84. Ourang outang Indorum. *Jonſt. Quadr. p.* 97. Baris. *Euſ. Nieremb. p.* 179. *Les Anglois l'appellent* Chimpanre'e. *Klein.*

Auctores omnes, qui hujus Simiæ mentionem fecerunt, nihil aliud de ea retulerunt, niſi quod ſit *homini* ſimillima, & quod utrique ſexui corpus pilo-ſum ſit, ſed pilo brevi ac ſatis leni. Figura, quam hujus dedit *Bontius*, caput obductum longis crinibus ſub mento etiam creſcentibus, nudamque faciem demonſtrat. Habitat in *India Orientali*.

3. Simia Ceylonica.

Simia unguibus Indicis pedum poſteriorum longis, incurvis, & acutis.... Le Singe de Ceylon.

Simia Ceylonica, ſuperiori labio leporino. *Klein. Quadr. p.* 86. Cercopithecus Ceylonicus, ſeu *Tardigradus* dictus, major. *Seba Vol.* I. *p.* 75. *Fig. T.* 47. *F.* 1. (*Fig. bona*). Elegantiſſimum animal, Muſei D. Charleton. *Raj. Syn. Quadr. p.* 161.

Si

Si hujus animalis figura, quam *Seba* dedit, magnitudinem naturalem adæquet, a capitis vertice ad anum usque, 9 circiter pollices longum eſt. Brachia habet & crura longa & gracilia; labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum; ungues omnes planos & rotundatos, exceptis indicis pedum poſteriorum unguibus, qui longi ſunt, incurvi & acuti. Pilus ei mollis eſt, & quaſi ſericeus, ex nigro fuſcus; per dorſum vero plane niger: brevior tamen, & ex cinereo dilute flavus, qui ventrem, brachia, pedesque veſtit. Habitat in *Inſula Ceylonenſi.*

STIRPS II.

Eæ quæ ſunt ecaudatæ, roſtro productiore.

SIMIA CYNOCEPHALA.

** 1. SIMIA CYNOCEPHALA.

Simia Cynocephala unguibus omnibus planis & rotundatis. . . . LE SINGE CYNOCEPHALE.

Simia ecaudata, clunibus tuberoſis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 3. Simius Cynocephalus alter. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 241. *Fig. T.* 16. (*Fig. bona*). Cynocephalus primus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 59. (*Fig. ſat bona*).

In omnibus, excepto roſtro roſtri *canini* inſtar producto, cum *Simia* convenit. Plures vidi Simiarum cynocephalarum ſpecies magnitudine tantum a ſe invicem diſcrepantes. Habitat in *Africa.*

** 2. SIMIA CYNOCEPHALA CEYLONICA. †

Simia Cynocephala unguibus Indicis longis, incurvis, & acutis. . . . LE SINGE CYNOCEPHALE DE CEYLON.

Simia ecaudata, unguibus Indicis ſubulatis. *Linn. Syſt. Nat.*

Nat. Ed. 6. *g.* 2. *ſp.* 2. Simia roſtro canino, capite elato. *Klein. Quadr. p.* 86. Animalculum Cynocephalum, Ceylonicum, *Tardigradum* dictum, Simii ſpecies. *Seba Vol.* I. *p.* 55. *Fig. T.* 35. *Mas F.* 1. *Fœm. F.* 2. (*Fig. bonis*).

Minima eſt hæc ſpecies: ſecundum enim figuram, quam hujus *Seba* dedit, 7 pollicum longitudinem, a capitis vertice ad anum usque, non multum ſuperat. Auriculas habet rotundas, latas, pellucidas, glabras, & dilute cinereas; longa & gracilia crura, raris pilis obſita; ungues omnes planos & rotundatos, exceptis indicis ſingulorum pedum unguibus, qui longi ſunt, incurvi, & acuti. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, quaſi laneis, & ſerici inſtar molliſſimis, ſubrufis, ſaturatioribus in dorſo, in ventre dilutioribus in mare; e contra vero dilutioribus in dorſo, & in ventre ſaturatioribus in fœmina. Habitat in *Inſula Ceylonenſi.*

STIRPS III.

Eæ quæ caudam habent breviſſimam.

PAPIO.

1. Papio.

Le Babouin.

Simia ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acutis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 5. Cebus Papio; Baboon; Hyæna Geſneri. *Klein. Quadr. p.* 89. Papio. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 76. *Jonſt. Quadr. p.* 100. *Fig. T.* 61. *ſub iſto nomine*, Papio primus. Papio, ſeu Arctopithecus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 259. *Fig. p.* 260. Babio. *Charlet. Exerc. p.* 16. Babouin. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 55. *Fig. p.* 54. *F.* 2. *Les Italiens l'appellent* Babuino. *Kolbe. Les Allemands*, Pavyon *Geſn. Aldrov. Charlet. Les Suédois*, Babian. *Linn. Les Hollandois*, Baviaan. *Kolbe. Les Anglois*, Baboon. *Kolbe. Les Hottentots*, Choakamna. *Kolbe.*

Canis

Canis Molossi magnitudinem circiter æquat. Illius instar, rostrum habet longum, in exitu obtusum. Cauda ipsius est admodum brevis, eamque semper erectam gerit. Nates sunt omnino glabræ, & colore sanguineo tinctæ, tanquam cute detracta; crura brevia; ungues peracuti, & parumper lunati. Habitat in *Indiæ* solitudinibus.

STIRPS IV.

Eæ quæ caudam habent longam, & rostrum breve.

CERCOPITHECUS.

** 1. Cercopithecus fuscus. †

Cercopithecus fuscus, capitis vertice nigro.... Le Sapajou brun.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 13 est pollicum; caudæ 14½ pollicum; ambitus corporis, circa pectus, 7½ pollicum. Oculos habet fuscos; auriculas auriculis *humanis* similes. Caudam gerit spiraliter intortam, cujus ope firmiter adhæret rei quam apprehendit. Per universum corpus, excepto capitis vertice nigro, vestitur pilis fuscis in dorso saturatioribus, in ventre vero dilutioribus: cauda & crura ad nigredinem tendunt. Ex museo *Realmuriano*.

** 2. Cercopithecus niger.

Cercopithecus niger, pedibus fuscis.... Le Sapajou noir.

Cercopithecus, *Guariba* apud Brasilienses dictus. *Jonst. Quadr. p.* 99. *Fig. T.* 61. *sub isto nomine*, Cercopithecus Meer Katz. (*Fig. bona*). Simia caudata, barbata, cauda prehensili. *Linn. Syst. Nat. Ed* 6. *g.* 2. *sp.* 14. Cebus Guariba Marcgravii. *Klein. Quadr p.* 88. Guariba Brasilienfibus Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.*

153. Guariba Brasilienſibus, Cercopitheci ſpecies. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p. 226. (Fig. bona).*

Vulpem noſtratem magnitudine circiter æquat. Faciem habet elatam, oculos nigros, ſplendentes; auriculas breves & ſubrotundas; caudam longam, verſus extremitatem nudam, qua, ſpiraliter intorta, firmiter adhæret rei quam apprehendit. Per univerſum corpus, exceptis dimidia cauda exteriore & pedibus, qui fuſci ſunt, veſtitur pilis longis, nigris, ſplendentibus, atque ita ſibi incumbentibus ut animal læve appareat, ſub gutture vero & mento longioribus, inque barbam rotundam deſinentibus. Habitat in *Braſilia.*

** 3. CERCOPITHECUS CORNUTUS.

Cercopithecus ex nigro & fuſco variegatus, faſciculis duobus pilorum capitis corniculorum æmulis. . . . LE SAPAJOU CORNU.

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 14 pollicum; caudæ 15 pollicum. Oculos habet fuſcos, ſplendentes; auriculas auriculis *humanis* ſimiles; ungues longos & obtuſos. Duo ſunt in capitis vertice pilorum faſciculi, corniculorum ad inſtar. Caudam habet pilis brevibus & ſplendentibus tectam, eamque ſemper gerit ſpiraliter intortam, cujus ope firmiter adhæret rei quam apprehendit. Facies, latera, venter, & crura anteriora pilis fuſcis; capitis vero vertex, medium dorſi, cauda, crura poſteriora, & pedes 4 pilis nigris veſtiuntur. Ex muſeo *Realmuriano.*

** 4. CERCOPITHECUS CAUDA VULPINA.

Cercopithecus pilis nigris, apice albido, veſtitus, cauda pilis longiſſimis nigris obſita. . . . LE SAPAJOU A QUEUE DE RENARD.

Lon-

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 6 eſt pollicum; caudæ 10 pollicum. Ungues habet longos & obtuſos, unguibus tamen pollicum brevioribus & rotundatis. Pili breviſſimi candicantes faciem obtegunt; longiſſimi vero ſunt & omnino nigri, qui caudam cooperiunt: corpus pilis longis & nigris, in apice tantum albidis; guttur autem & venter pilis ſordide albis veſtiuntur. Habitat in *Guiana*. Ex muſeo *Realmuriano*.

5. CERCOPITHECUS PARVUS NIGER.

Cercopithecus totus niger.... LE PETIT SINGE NÉGRE.

Cercopithecus Braſilianus ſecundus. *Cluſ. Exot. p.* 372. Cay Braſilianis Tououpinamboutiis dictus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 155. Cay apud Touvoupinambutios. *Jonſt. Quadr. p.* 100.

Puſillus eſt, nigrique coloris. Habitat in *Braſilia*.

6. CERCOPITHECUS GUINEENSIS.

Cercopithecus pilis ex umbra, griſeo, fuſco & flavo variegatis veſtitus.... LE SINGE DE GUINEE.

Cercopithecus Guineenſis tertius Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 157. Cercopithecus Guineenſis alius. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 228. Cebus tertius Guineenſis. *Klein. Quad. p.* 89.

Caput huic parvum eſt, & cauda longa. Pilorum color ex umbra, griſeo, fuſco, & flavo variegatus, fere ut in dorſo *Leporino*. Habitat in *Guinea* & *Braſilia*.

7. CERCOPITHECUS MOSCHUM REDOLENS.

Cercopithecus ex albido flaveſcens, moſchum redolens.... LE SINGE MUSQUÉ.

Cer-

Cercopithecus moſcatus, Braſilienſibus *Caitaja* dictus. *Jonſt. Quadr. p.* 100. Cercopithecus Braſilianus primus. *Cluſ. Exot. p.* 371. Cebus moſchum redolens, Braſilienſis: Caitaia. *Klein. Quadr. p.* 88. Caitaja Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 155. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 227.

Caput habet ſubrotundum; frontem haud elatam, & pene nullam; naſum parvum, & compreſſum; caudam arcuatam. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, ex albido flaveſcentibus. Moſchum redolet. Habitat in *Braſilia.*

** 8. Cercopithecus flavus.

Cercopithecus pilis ex fuſco, flaveſcente, & candicante variegatis veſtitus, pedibus ex flavo rufeſcentibus. . . . Le Sapajou jaune.

Cercopithecus minor luteus. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 151. Cebus Simiolus Ceylonicus. *Klein. Quadr. p.* 88. Simiolus Ceylonicus. *Seba Vol.* I. *p.* 77. *Fig. T.* 48. *F.* 3. (*Fig. optima*). *Les François de la Guiane l'appellent* Sapajou jaune. *Barr.*

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 7½ pollicum eſt; caudæ unius pedis. Auriculas habet rotundas, pilis longis, ſordide albis, veſtitas; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus, qui breviores ſunt & rotundati. Pilus ei tenuiſſimus eſt & molliſſimus, in parte corporis inferiore candicans, in ſuperiore vero ex fusco, flaveſcente, & candicante variegatus: qui colores in dorſo ſunt ſaturatiores. Pedes 4 ex flavo rufeſcunt. Cauda, excepta extremitate nigra, ejusdem coloris eſt per totam longitudinem ac corpus ſuperius. Habitat in Inſula *Ceylonenſi* & *Guiana.*

A *Cayenna* ad *Illuſtr. de Reaumur* hujus ſpeciei Simia miſſa eſt ſub nomine *Simiæ nocturnæ.*

** 9. CERCOPITHECUS VARIEGATUS.

Cercopithecus pilis ex nigro & rufo variegatis veſtitus, pedibus nigris, cauda cinerea.... LE SINGE VARIÉ.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 11 eſt pollicum, caudæ 15 circiter pollicum. In utroque latere maxillæ inferioris folliculus eſt craſſæ nuci juglandi continendæ aptatus. Auriculas habet rotundas; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus brevioribus & rotundatis. Facies ei eſt nigra: pili partem ſuperiorem capitis & colli tegentes ex nigro & flavo variegati ſunt; qui vero genas & colli latera veſtiunt, ſat longi ſunt, in exortu albi, & deinde ex nigro & flavo variegati: qui dorſum cooperiunt ex nigro & rufo variegantur. Prope caudæ exortum, utrinque parva macula eſt alba. Crurum anteriorum pars exterior, & pedes 4 nigreſcunt: crura poſteriora ex fuſco nigricant; paululum flavo & rufo mixtis: corporis pars inferior, & crurum interior albicant: cauda cinereſcit. Ex muſeo *Realmuriano*.

10. CERCOPITHECUS TAMARIND DICTUS.

Cercopithecus pilis cinereſcentibus, nigro mixtis, veſtitus, cauda rufa.... LE TAMARIND.

Cercopithecus minimus niger leontocephalus, auribus elephantinis. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 151. Cagui major Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 154. *Jonſt. Quadr. p* 99. *Fig. T.* 60. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 227. *Les Congois l'appellent* PONGI. *Raj. Jonſt. Marcgr. Les Guianois*, TAMARIND. *Barr.*

Faciem habet ſubrotundam; os nigrum; oculos nigros; auriculas fere rotundas, nigras, & pilis nudas; caudam 15 circiter pollices longam, pilis rufis obſitam. Totum corpus veſtitur pilis cinereſcentibus,

bus, cum pauco nigro admixto: frons vero pilis nigris, cum cinereo mixtis. Habitat in *Guiana* & *Braſilia*.

** 11. CERCOPITHECUS PARVUS CAPITE LEONINO.

Cercopithecus ex albo flavicans, faciei circumferentia ſaturate rufa. . . LE PETIT SINGE-LION.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudæ exortum usque, 7 pollices æquat; caudæ 12½ pollices. Caput habet rotundum, longis pilis obſitum, capitis *Leonini* æmulum; faciem glabram & fuſcam; oculos rufos; auriculas rotundas, nudas, ſubque capitis pilis occultatas; ungues omnes longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum posteriorum pedum latis, planis & rotundatis. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, ſericei inſtar molliſſimis, ex albo flavicantibus, & ſplendentibus: qui faciem cingunt, ſunt ſaturate rufi; qui pectus obtegunt, ex rufo flavicantes; qui vero caudam veſtiunt, ex albo flavicantes. Crura anteriora, pedesque 4 ſunt rufi, cum pauxillo nigricante in pedibus anticis mixto. Habitat in *Braſilia*, unde anno 1754. ad Nobilem Matronam *de Pompadour* vivus advectus eſt.

** 12. CERCOPITHECUS PARVUS ARGENTEUS.

Cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculisque rubris ſplendentibus, cauda caſtanei coloris. . . . LE PETIT SINGE DE PARA.

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 7 eſt pollicum; caudæ 12¼ pollicum. Ungues habet longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum poſteriorum pedum latis, planis, & rotundatis. Pilis longis, ſerici inſtar molliſſimis, ex cinereo albis, argenteis, in toto corpore veſtitur:

tur: cauda vero tegitur pilis coloris caſtanei ſplendentis, ad nigredinem accedentis. Facies & auriculæ tinctæ ſunt rubro colore ita ſplendente, ut naturalis non videatur. Habitat in *Braſilia*. Ex muſeo *Realmuriano*.

13. Cercopithecus cauda Murina.

Cercopithecus in dorſo ſpadiceus, in ventre glaber, cauda murina. . . . Le Singe a queue de Rat.

Cercopithecus Americanus minor, *Monkje* dictus. *Seba Vol.* I. *p.* 52. *Fig. T.* 33. *F.* 1. (*Fig. bona*). Cebus Caput mortuum vulgo. *Klein. Quadr. p.* 88.

Minima eſt hæc ſpecies. Naſum habet ſimum; oculos profunde intra orbitas ſitos; caput antrorſum rotundum, atro ſpadiceis pilis, ad naſi usque radicem, hiſpidum, retrorſum vero magis elongatum, pilis nigricantibus obſitum. Facies albicat, exceptis naſi extremitate & oris ambitu, ubi nigreſcit: rugæ plurimæ illam deformem faciunt. Auriculæ ſunt glabræ, majuſculæ, auriculis *humanis* ſimiles; ungues breves & plani; cauda longa, craſſiuſcula, caudæ *Murinæ* æmula. Pili dorſum tegentes dilutius ſunt ſpadicei, quam qui caput veſtiunt. A mento, per ventrem usque, perque internam femorum faciem, calva prorſus eſt & nuda cutis: lumbos vero, externam femorum partem, & pedes rari obſident pili dilute flaveſcentes. Habitat in *America*.

** 14. Cercopithecus Sagouin.

Cercopithecus tæniis transverſis alternatim fuſcis & e cinereo albis variegatus, auriculis pilis albis circumdatis. . . . Le Sagouin.

Cercopithecus Sagouin Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 160. *Jonſt. Quadr. p.* 100. *Fig. T.* 74. (*Fig. bona*). *Euſ. Nieremb. p.* 179. *Fig. p.* 177. (*Fig. bona*). Cercopi-

pithecus Braſilianus tertius. Sagouin. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 372. (*Fig. bona*). Simia caudata imberbis, unguibus pollicum ſubrotundis. *Linn. Syſt Nat. Ed. 6. g.* 2. *ſp.* 8. Cebus *Sagouin* dictus. *Klein. Quadr. p.* 87. *Fig. T.* 3. (*Fig bona*). Galeopithecus, Sagoin a Braſilienſibus nominatus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 96. (*Fig. mala*). Sagouin. *Euſ Nieremb p.* 179. *Fig. p.* 177. (*Fig mala*). *Joan de Laet. p.* 553 Cagui minor. *Raj. Syn. Quadr. p.* 154. *Marcgr. Hiſt Br. Fig p.* 227. (*Fig. ſat bona*). Caitaia. *Jonſt. Quadr. Fig p.* 60. (*Fig. ut ſupra*).

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 7½ pollicum; caudæ 11 pollicum. Auriculas habet ſubrotundas, longis pilis albis circumdatas; ungues omnes longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum poſteriorum pedum brevioribus & rotundatis. Pili totum corpus tegentes, tenuiſſimi ſunt & molliſſimi: qui partem corporis ſuperiorem cooperiunt, ſunt in exortu fuſci, deinde rufi, & tandem ex fuſco & e cinereo albo variegati, itaque diſpoſiti, ut dorſum tæniis transverſis alternatim fuſcis & e cinereo albis variegatum appareat: qui vero partem corporis inferiorem obtegunt, ſunt tantum ex fuſco & cinereo albo variegati: guttur & caput pilis fuſcis veſtiuntur. Supra naſum, inter oculos, macula ineſt alba. Cauda annulis alternatim ex fuſco nigricantibus & e cinereo albis cingitur. Habitat in *Braſilia.*

15. Cercopithecus cauda Leonina.

Cercopithecus ex flavo fuſcus, cauda in floccum deſinente. . . . Le Singe a queue de Lion.

Cercopithecus non barbatus primus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 160. *Cluſ. Exot p.* 371. Simia caudata imberbis fuſco flava, pectore gulaque albis, cauda floccoſa. *Linn. Syſt Nat. Ed. 6. g.* 2. *ſp.* 9. Cebus imberbis primus Cluſii. *Klein. Quadr. p.* 89.

Per

Per univerſum corpus veſtitur pilis mediocris longitudinis, ex flavo fuſcis in toto corpore, exceptis gutture & pectore, in quibus albicant. Cauda non eſt valde hirſuta, ſed lævis quodammodo; extremitas autem ejus in longiorum pilorum floccum deſinit.

16. Cercopithecus juba Leonina.

Cercopithecus collo pectoreque jubatis.... Le Singe-Lion.

Cercopithecus non barbatus ſecundus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 160. *Cluſ. Exot. p.* 371. Simia caudata imberbis, collo pectoreque jubatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g.* 2. *ſp.* 11. Cebus imberbis ſecundus Cluſii. *Klein. Quadr. p.* 89.

Facile ab aliis diſtinguitur hæc ſpecies longis pilis caneſcentibus, collum & pectus tegentibus, jubæ *Leoninæ* inſtar: unde nomen. Roſtrum habet prorſus fuſcum; caputque caneſcentibus pilis tectum.

** 17. Cercopithecus viridis.

Cercopithecus ex cinereo flaveſcens, genis longis pilis albis obſitis.... Le Singe verd.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 15 eſt pollicum; caudæ 14 pollicum. Auriculas habet parvas & rotundas; ungues breves & rotundatos; genas longis pilis albis obſitas. Pars ſuperior capitis & dorſi pilis ex cinereo & flaveſcente variegatis; cauda, latera, & crurum pars exterior pilis cinereis; interior vero crurum, ſicut & tota corporis pars infima, pilis albis veſtiuntur. Ex muſeo *Realmuriano.*

** 18. Cercopithecus magnus ex Cochinchina.

Cercopithecus cinereus, genis longis pilis ex albo

flavicantibus obſitis, torque ex caſtaneo purpuraſcente. . . . LE GRAND SINGE DE LA COCHINCHINE.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 2 circiter pedum eſt, caudæ unius pedis cum 9 pollicibus. Auriculas habet auriculis *humanis* ſimiles; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus brevioribus & rotundatis. Torque donatur ex caſtaneo purpuraſcente: facies, poſtica crura, & pedes poſteriores ejusdem ſunt coloris. Genæ longis pilis ex albo flavicantibus, barbæque æmulis, obſitæ ſunt. Capitis pars ſuperior, corpus, & femora anteriora ſunt cinerea: frons, ſcapularum ſuperior pars, femora poſteriora, & pedes antici nigri: cauda & crura anteriora alba: inſuper ad poſticam dorſi partem, ſupra caudæ exortum, macula eſt ejusdem coloris. Habitat in *Cochinchina*. Ex muſeo *Realmuriano*.

19. CERCOPITHECUS GUINEENSIS BARBA FLAVESCENTE.

Cercopithecus nigricans, genis & auriculis longis pilis ex albo flavicantibus obſitis, ore cœruleſcente. . . . LE SINGE DE GUINEE A BARBE JAUNASTRE.

Cercopithecus barbatus alius Guineenſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 156. *Jonſt. Quadr. p.* 99. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 228. Simia caudata, genis auribusque barbatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 12. Cebus barbatus alius Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 89.

Pilorum color, in maxima parte corporis, eſt nigricans, cui umbra admixta; in ventre autem e cinereo ſubcœruleſcens: cauda, a media parte ad extremitatem usque, ex rufo flavicans: os cœruleſcit. In gena utraque, uti & ad utramque auriculam, magnam copiam habet pilorum longiorum ex albo flavicantium, magnæ barbæ inſtar. Pedes & crura nigreſcunt. Habitat in *Guinea* & *Braſilia*.

20.

20. CERCOPITHECUS RUBER.

Cercopithecus barbatus ſaturate ſpadiceus.... LE SINGE ROUGE DE CAYENNE.

Cercopithecus barbatus maximus, ferrugineus, ſtertoroſus. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 150. *Les François de la Guiane l'appellent* SINGE ROUGE. *Barr. Les Guianois*, ALAOUATA. *Barr.*

Maximus eſt, & coloris ſaturate ſpadicei. Hyoïdis ſtructuræ ſingularis ope clamorem maximum edit. Habitat in *Guiana.*

21. CERCOPITHECUS ALBUS, BARBA NIGRA.

Cercopithecus barbatus albus, barba nigra.... LE SINGE BLANC A BARBE NOIRE.

Simia alba, ſeu incanis pilis, barba nigra promiſſa. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158. Cebus Elaurandus Zeylanenſium. *Klein. Quadr. p.* 89. *Les Ceylonois l'appellent* ELEWANDUM. *Raj.*

Pilis veſtitur albis, barbaque nigra promiſſa gaudet. Habitat in *Inſula Ceylonenſi.*

22. CERCOPITHECUS NIGER, BARBA ALBA.

Cercopithecus barbatus niger, barba incana.... LE SINGE NOIR A BARBE BLANCHE.

Cercopithecus niger barba incana promiſſa. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158. *Klein. Quadr. p.* 89. *Les Ceylonois l'appellent* WANDURU. *Raj. Klein.*

Pilis veſtitur nigris, barbaque incana promiſſa eſt conſpicuus. Habitat in *Inſula Ceylonenſi.*

23. CERCOPITHECUS GUINEENSIS, BARBA ALBA.

Cercopithecus barbatus fuſcus, punctis albis inſper-

ſis, barba alba.... LE SINGE DE GUINÉE A BARBE BLANCHE.

Cercopithecus barbatus Guineenſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 156. *Jonſt. Quadr. p.* 99. *Fig. T.* 60. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 227. *Fig. p.* 228. Cebus barbatus. Exquima Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 89. *Les Congois l'appellent* EXQUIMA. *Raj. Jonſt. Marcgr.*

Pilos habet fuſcos; ſed per totum dorſum quaſi aduſtos ſeu ferrugineos: fuſcis autem pilis punctulatim inſperſus eſt color albus. Venter albicat, & mentum inferius: barbam quoque egregie albam habet, pilis 2 aut 3 digitos longis conflatam. Habitat in *Guinea*, & *Braſilia*.

24. CERCOPITHECUS BARBATUS.

Cercopithecus barbatus, ex nigro & fuſco mixtus, pectore & anteriore ventris parte albis, barba incana mucronata.... LE SINGE BARBU.

Cercopithecus barbatus ſecundus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 159 *Cluſ. Exot. p.* 371. Simia caudata barbata, barba cana, cauda ſimplici. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6, *g.* 2. *ſp.* 16. Cebus barbatus ſecundus Cluſii. *Klein. Quadr. p.* 89.

Per univerſum corpus, exceptis pectore & ventris parte anteriore albis, veſtitur pilis nigris, fuſco admixto, brevibus, valde terſis, & nitidis. E mento propendet barba incana, 6 circiter pollices longa, & in mucronem deſinens. Cauda ei ſimilis eſt formæ cum *Cercopithecorum* vulgarium caudis.

25. CERCOPITHECUS BARBATUS, CAUDA LEONINA.

Cercopithecus barbatus, ſupra ex nigro & fuſco mixtus, infra albus, barba incana mucronata, cauda in floccum deſinente.... LE SINGE BARBU A QUEUE DE LION.

Cer-

Cercopithecus barbatus primus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 159. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 371. (*Fig. bona*). Cercopithecus barbatus Cluſii. *Jonſt. Quadr. p.* 99. *Fig. T.* 74. (*Fig. bona*). *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 177. (*Fig. bona*). Simia caudata barbata, cauda floccoſa. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 15. Cebus barbatus primus Cluſii. *Klein. Quadr. p.* 89.

Magnitudine *Cercopithecos* vulgares majores æquat. Auriculas habet non magnas; nares ſimas; ungues unguibus *humanis* fere ſimiles; caudam valde longam, ſatisque craſſam, cujus extremitas in longiorum pilorum floccum deſinit, *Leoninæ* caudæ inſtar. Superior corporis pars tota nigris pilis tecta eſt, fuſco admixto; inferior vero longioribus pilis albis obſita. E mento propendet barba incana, 9 pollices longa, in mucronem deſinens.

26. Cercopithecus niger Ægyptiacus.

Cercopithecus barbatus, niger, cæſarie prolixa nigra faciem cingente.... Le Singe noir d'Egypte.

Simia caudata, cæſarie prolixa faciem cingente. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 13. Simia callitrix magnitudine magnorum Cynocephalorum. *Proſp Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 244. *Fig. T.* 21. (*Fig. bona*).

Magnos *Cynocephalos* magnitudine æmulatur. Per univerſum corpus eſt niger, præſertim in facie, quæ undequaque cæſarie prolixa nigrorum pilorum circumdatur. Habitat in *Ægypto*.

27. Cercopithecus rufus Ægyptiacus.

Cercopithecus barbatus, rufus, facie nigra, cæſarie alba cincta.... Le Singe roux d'Egypte.

Simius callitrix. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol.* II. *p.* 244. *Fig. T.* 20, *F.* 4.

Felem magnam quadamtenus magnitudine æmulatur. Caput habet parvum & rotundum: faciem vultui *humano* ſimilem; corpus circa ilia gracillimum; caudam longam & rutilam. Per univerſum corpus veſtitur pilis rufis: facies ei eſt nigra, undique cæſarie alba cincta; unde faciem ſenilem habere videtur. Habitat in *Ægypto*.

** 28. CERCOPITHECUS PARVUS MEXICANUS.

Cercopithecus pilis ex fuſco & rufo veſtitus, facie ultra auriculas usque nigra & nuda, vertice longis pilis albis obſito.... LE PETIT SINGE DU MEXIQUE.

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum, 7 circiter eſt pollicum; caudæ 1 circiter pedis. Auriculas habet auriculis *humanis* ſimiles; ungues longos, incurvos & acutos, exceptis pollicum pedum poſteriorum unguibus latis, planis & rotundatis. Facies ei eſt nigra & nuda ultra auriculas usque: vertex capitis longis pilis albis obſitus eſt. Corporis pars ſuperior veſtitur pilis ex fuſco & rufo variegatis, fere ut in dorſo *Leporino*; corporis vero inferior pars & pedes 4 pilis candicantibus teguntur. Cauda, ab exortu ad medium usque, pilis rufis, a medio ad apicem, pilis nigris veſtitur. Habitat in *Mexico*, unde a *R. P. Bernard Franciſcano* vivus advectus eſt.

** 29. BELZEBUT.

Cercopithecus in pedibus anterioribus pollice carens, cauda inferius verſus apicem pilis deſtituta.... LE BELZÉBUT.

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudæ exortum, 15 pollices æquat, caudæ 2 pedes; crurum anteriorum, ab eorum exortu ad unguium apicem,

cem, unum pedem & 6 pollices: crura posteriora paris sunt longitudinis. Ambitus corporis, circa pectus mensurati, qua parte crassius est, 1 pedem & 6 lineas attingit. Auriculas habet auriculis *humanis* similes, & nigras. Facies, caput, pars dorsi anterior, partes exteriores femorum anteriorum, femorum & crurum posteriorum, crura anteriora, cauda, & pedes quatuor nigri sunt: pars dorsi posterior est ex fusco nigra: latera rufescunt: corporis inferior pars tota, guttur scilicet, pectus, venter, partes interiores femorum anteriorum, femorum & crurum posteriorum ex sordide albo flavicant. Quatuor habet in pedibus anterioribus digitos, in posterioribus vero 5; pollice autem in pedibus anterioribus destituitur. Cauda in acumen definit, pilisque vestitur per totam longitudinem, excepta parte inferiore ab apice ad tertiam longitudinis partem, quæ cute sulcata, cutis plantæ pedum æmula, tegitur; quamobrem cauda sua, sicut quinto pede utitur: manuum enim officium præstat, & hujus ope cibum ori admovet. Ex museo *Realmuriano*.

Illum *Belzebut* nomine donavi, sub quo Parisiis publice ostensus est.

STIRPS V.

Eæ quæ caudam habent longam, & rostrum productius.

CERCOPITHECUS. Cynocephalus.

** 1 Cercopithecus Cynocephalus.

Cercopithecus Cynocephalus ex virideſcentibus & flavicantibus pilis variegatus.... Le Cercopithèque Cynocéphale.

Cercopithecus. *Jonst. Quadr. Fig. T.* 59. (*Fig. bona*).

In omnibus, exceptis cauda, qua donatur, & rostro, rostri *Canini* instar, producto, cum *Simia*

convenit. Plurimas vidi Cercopithecorum Cynocephalorum ſpecies magnitudine tantum a ſe invicem diſcrepantes. Habitant in *Africa*.

2. CERCOPITHECUS CYNOCEPHALUS ANGOLENSIS.

Cercopithecus Cynocephalus naribus bifidis, elatis, natibus calvis. . . . LE MAKAQUE.

Cercopithecus Angolenſis major, Congenſibus Macaquo, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 155. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 227. Cercopithecus Angolenſis major, Marcgravii. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 149. Simia caudata imberbis, naribus elatis, biſidis. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 10. Cebus Angolenſis major, Macaquo Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 89. Macaquo Congenſium. *Jonſt. Quadr. p.* 100 *Les François de la Guiane l'appellent* MAKAQUE. *Barr.*

Corporis longitudo, a capite ad caudam usque, unius pedis eſt & amplius, capitis 6 digitorum; caudæ unius pedis. Crura 4 æqualis ſunt longitudinis, 10 digitorum ſingula. Pedes anteriores 3½ digitos, poſteriores vero 5 longi ſunt. Ambitus corporis maximus unum pedem & 9 digitos æquat. Nares habet biſidas & elatas; nates calvas. Caudam ſemper geſtat arcuatam. Color pilorum totius corporis colori *Lupi* ſimillimus. Habitat in Regno *Angolenſi*, & *Guiana*.

** 3. CERCOPITHECUS CYNOCEPHALUS NASO VIOLACEO.

Cercopithecus Cynocephalus parte corporis anteriore longis pilis obſita, naſo violaceo nudo. . . . LE MAGOT, ou TARTARIN.

Cynocephalus. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 92. *Fig. p.* 93. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 102. *Fig. T.* 59. *ſub iſto nomine*, Cynocephalus ſecundus. (*Fig. bona*). *Cluſ. Exot. Fig. p.* 370. (*Fig. bona*). Maimon quorumdam. *Geſn.*

Canem

Canem Molossum magnitudine circiter æquat. Ejusdem fere formæ est cujus *Cercopithecus* vulgaris; at crassior & validior est. Per universum corpus vestitur pilis ex cinereo albidis, in parte corporis anteriore longissimis, in reliquo corpore brevioribus. Nasum habet crassissimum, pilis nudum, longitudinaliter striatum, & violacei coloris. Habitat in *Asia* & *Africa*.

SECTIO II.

Ea quorum digiti pedum anteriorum membrana, in alas expansa, inter se connectuntur.

Unico Genere, scilicet *Pteropi*, constituitur hæc Sectio.

XXX. *Genus Pteropi.*

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla quatuor
Digiti unguiculati,
In anterioribus pedibus membrana, in alas expansa, inter se connexi, in posterioribus a se invicem separati.

Obs. 1. Primo inspectu, *Pteropus* ad *Vespertilionis* Genus pertinere videtur: sicut ille, pedes habet anteriores in alas expansos: ab eo tamen differt dentium incisorum numero & figura, & rostro multo productiore quam *Vespertilionis* rostrum.

Obs. 2. Omnes hujus Generis species anterioribus cruribus donantur longissimis, quorum pedes dividuntur in 5 digitos longos, omnes (excepto pollice ab aliis separato, incurvoque & valido ungue munito) membrana inter se connexos; quæ membrana nihil aliud est quam dorsi cutis continuata, in utroque latere, a collo ad anum usque, & secundum crurum longitudinem, ad digitorum pedum anteriorum apicem extensa; cujus ope volitant. Pedes postici in 5 digitos incurvis & acutissimis unguibus munitos sunt divisi.

** 1. PTEROPUS.

Pteropus rufus aut niger, auriculis brevibus acutiusculis. . . . LA ROUSSETTE.

Vespertilio cauda nulla. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g.* 14. *sp.* 1. Vespertilio Cynocephalus Ternatanus. *Klein. Quadr. p.* 61. Vespertilio Borsippæ. *Gesn. Avi. p.* 772. Vespertilio ingens. *Clus. Exot. p.* 94. Canis volans Ternatanus Orientalis. *Seba Vol.* I. *p.* 91. *Fig. T.* 57. *Mas F.* 2. *Fœm. F.* 1. (*Fig. optimis.*)

Corporis longitudo, a capitis vertice ad anum usque, 7½ pollicum est; capitis, a vertice ad nasi extremitatem, 2 pollicum cum 9 lineis. Auriculas habet breves & acutiusculas. Cauda caret. Membrana volatui inserviens extensa, ab una extremitate ad aliam trium pedum longitudinem superat, rarissimisque pilis tegitur. Pili corpus tegentes in quibusdam individuis sunt rufi, saturatiores in dorso, in ventre dilutiores; in aliis vero nigri: capitis partem anteriorem & rostrum vestiunt pili rufi. Habitat in *Borbonia*, & *Ternatana* Insulis.

** 2. Pteropus collo rubro.

Pteropus fuscus, auriculis brevibus acutiusculis, collo superiore rubro. . . . La Roussette a col rouge.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad anum usque, 5½ pollicum; capitis, a vertice ad nasi extremitatem, 1½ pollicis. Auriculas habet breves & acutiusculas. Cauda caret. Membrana volatui inserviens, extensa, ab una extremitate ad aliam 2 circiter pedes longa est. Per totum corpus vestitur pilis fuscis, excepta parte colli superiore, quam pili rubri cooperiunt. Habitat in *Borbonia* Insula. Ex museo *Realmuriano.*

3. Pteropus auriculis patulis. †

Pteropus auriculis longis, patulis, naso membrana antrorsum inflexa aucto. . . . La Roussette a longues oreilles.

Vesper-

Veſpertilio Cynocephalus maximus, auritus, ex nova Hiſpania. *Klein. Quadr. p.* 62. Canis volans maximus, auritus, ex Nova Hiſpania. *Seba Vol.* I. *p.* 92. *Fig. T.* 58. *F.* 1. (*Fig. bona*).

A præcedentibus differt auriculis ſuis longis, patulis & arrectis; & naſo, ſupra quem extat membrana quædam antrorſum inflexa, & cornu ſimilis. Habitat in *Nova Hiſpania.*

ORDO XIV.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore quatuor, in inferiore ſex; & digitis unguiculatis prædita.

Hujus Ordinis QUADRUPEDUM, ſicut in Ordine præcedente, alia ſunt quorum digiti omnes a ſe invicem omnino ſunt ſeparati; alia quorum digiti pedum anteriorum membrana, in alas expanſa, inter ſe connectuntur. In duas Sectiones dividuntur: prima continet ea quorum digiti omnes a ſe invicem ſeparati ſunt, ſicut in *Proſimia:* ſecunda ea quorum digiti pedum anteriorum membrana, in alas expanſa, inter ſe connectuntur, ſicut in *Veſpertilione.*

SECTIO I.

Ea quorum digiti omnes a ſe invicem ſeparati ſunt.

Unicum in hac Sectione continetur Genus, ſcilicet *Proſimiæ.*

XXXI. *Genus Proſimiæ.*

Hujus character eſt

Dentes inciſores in maxilla ſuperiore quatuor, in inferiore ſex.

In

In ſingulis pedibus digiti quinque unguiculati,
Omnes a ſe invicem ſeparati:
Pollex diſtinctus.

Obſ. 1. Omnium hujus Generis ſpecierum dentes inciſores in maxilla ſuperiore ſunt per paria remoti & convergentes; in inferiore vero ſtrictiores, contigui, oblique inclinati, & prominentes: canini ſunt duodecim, tres utrinque in utraque maxilla, lati, plani, & in acumen deſinentes; molares 4 utrinque in maxilla ſuperiore, tres utrinque in inferiore; ſumma dentium 36.

Obſ. 2. Ungues habent latos, planos, in acumen obtuſum deſinentes, excepto ungue indicis poſteriorum pedum ſtrictiore, & longiore. Pedibus anterioribus pro manibus utuntur.

** 1. PROSIMIA FUSCA.

LE MAKI.

Simia Sciurus lanuginoſus fuſcus, &c. *Gaz. Pet. Fig. T.* 17. *F.* 5. (*Fig. optima*).

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 11 pollicum; capitis, a vertice ad roſtri extremitatem, 3 pollicum; caudæ unius pedis cum 4½ pollicibus. Roſtrum habet elongatum & acutum; auriculas breves, inque pilis fere occultatas. Per univerſum corpus veſtitur pilis mollibus, & quaſi laneis, fuſcis in toto corpore, exceptis naſo, gutture, & ventre ſordide albis: in poſteriore dorſi parte fuſcus color paululum ad rufum tendit. Habitat in *Madagaſcaria.*

** 2. PROSIMIA PEDIBUS ALBIS.

Proſimia fuſca, naſo, gutture, & pedibus albis....
LE MAKI AUX PIEDS BLANCS.

Magnitudine præcedentem adæquat. Sicut illa, breves habet auriculas, & in pilis fere occultas; & roſtrum elongatum & acutum. Pilis mollibus, & quaſi laneis, in toto corpore fuſcis, exceptis naſo,

ſo, gutture & pedibus albis, & ventre ſordide albo, veſtitur. Ex muſeo *Realmuriano*. Habitat in *Madagaſcaria*.

** 3. PROSIMIA PEDIBUS FULVIS.

Proſimia fuſca, rufo admixto, facie nigra, pedibus fulvis. . . . LE MAKI AUX PIEDS FAUVES.

Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 13 eſt aut 14 pollicum, capitis, a vertice ad roſtri extremitatem, 3 pollicum cum 3 lineis; caudæ unius pedis cum 5 pollicibus. Roſtrum habet elongatum & acutum; oculos ex flavo rufos; auriculas 10 lineas longas, & unum pollicem latas. Per univerſum corpus veſtitur pilis mollibus, & quaſi laneis, in partibus corporis ſuperiore, & crurum exteriore fuſcis, & in partibus corporis inferiore, & crurum interiore ex ſordide albo flavicantibus. Facies & roſtrum nigreſcunt: pedes 4 ſunt fulvi: pilis fuſcis dorſum tegentibus aliquid rufi admixtum eſt. Ex muſeo *Realmuriano*. Habitat in *Madagaſcaria*.

** 4. PROSIMIA CAUDA ANNULIS CINCTA.

Proſimia cinerea, cauda cincta annulis alternatim albis & nigris. . . . LE MAKI A QUEUE ANNELLÉE.

Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, unius eſt circiter pedis; capitis, a vertice ad roſtri extremitatem, 3 pollicum, caudæ circiter 1½ pedis. Roſtrum habet albidum & acutum; auriculas 10 lineas longas, totidem latas, pilis albis obſitas. Univerſum corpus veſtitur pilis longis, mollibus, & quaſi laneis, in partibus corporis ſuperiore, 4 crurum exteriore, & pedibus anterioribus, in exortu rufis, deinde cinereis, itaque diſpoſitis ut animal cinereum appareat; in partibus vero cor-

corporis inferiore, 4 crurum interiore, & posterioribus pedibus, albis. Cauda annulis alternatim albis & nigris cingitur. Habitat in *Madagascaria*. Ex museo *Realmuriano*.

SECTIO II.

Ea quorum digiti pedum anteriorum membrana, in alas expansa, inter se connectuntur.

Unicum in hac Sectione continetur Genus, scilicet *Vespertilionis*.

XXXII. *Genus Verspertilionis.*

Hujus character est

Dentes incisores in maxilla superiore quatuor, in inferiore sex.

Digiti unguiculati,

In anterioribus pedibus membrana, in alas expansa, inter se connexi, in posterioribus a se invicem separati.

Obs. 1. Omnium hujus Generis specierum dentes incisores in maxilla superiore sunt acuti, & per paria remoti; intermedii exterioribus majores sunt & bifurci: in maxilla inferiore contigui, & omnes emarginati. Dentium caninorum & molarium variat numerus.

Obs. 2. Crura habent anteriora longissima, quorum pedes dividuntur in digitos longos, omnes (excepto pollice ab aliis separato, incurvoque & valido ungue munito) membrana inter se connexos; quæ membrana nihil aliud est quam dorsi cutis continuata, in utroque latere, a collo ad anum usque, aut caudæ extremitatem, & secundum crurum longitudinem, ad digitorum pedum anteriorum apicem extensa, cujus ope volitant. Pedum posteriorum digiti sunt a se invicem separati, incurvisque & acutissimis unguibus muniti.

Obs. 3. Locis obscuris & cavernis subterraneis, vel cavis arboribus per æstatem interdiu, & per totam hyemem latitant; crepusculo tantum evolant.

** 1. VESPERTILIO MAJOR.

Vespertilio murini coloris, pedibus omnibus pentadacty-

dactylis, auriculis simplicibus.... LA GRANDE CHAUVE-SOURIS DE NOTRE PAYS.

Vespertilio caudatus, ore nasoque simplici. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g.* 14. *sp.* 2. *Faun. Suec. Linn. nº.* 18. Vespertilio auriculis binis. *Jonst. Avi. p.* 34. *Fig. T.* 20. (*Fig. sat bona*). Vespertilio vulgaris. *Klein. Quadr. p.* 61. Vespertilio. *Raj. Syn. Quadr. p.* 343. *Gesn. Avi. Fig. p.* 766. (*Fig. sat bona*). *Gesn. Icon. Avi. Fig. p.* 17. (*Fig. sat bona*). *Aldrov. Avi. p.* 571. *Fig. p.* 576. (*Fig. sat bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 80. *Sloane. Vol.* II. *p.* 330. *Les Hébreux l'appellent* ATALEPH. *Gesn. Aldrov. Les Chaldéens*, ATALÆPHA. *Gesn. Aldrov. Les Grecs*, Νυκτερὶς. *Les Arabes*, BAPHAS. *Gesn. Aldrov. Les Perses*, ANSEB; PERACK. *Gesn. Aldrov. Les Portugais*, MORCEGO *ou* MURZIEGALO. *Gesn. Aldrov. Les Italiens*, NOTTOLA; NOTULA; SPORTEGLIONO; RATTO PENAGO; BARBASTELLO; PIPISTRELLO; VILPISTRELLO. *Gesn. Aldrov. Les Polonois*, NIETOPERSZ. *Gesn. Aldrov. Les Illyriens*, NETOPYRZ. *Gesn. Aldrov. Les Allemands*, FLADERMUSS *ou* SPECKMAUSS. *Gesn. Aldrov. Les Suédois*, LADERLAPP *ou* FLADERMUS. *Linn. Les Smolandois*, NATTBLACKA. *Linn. Les Anglois*, BAT *ou* FLITTERMOUSE. *Raj.*

Quoad magnitudinem corporis, & pilorum colorem, *Soricem* æmulatur. Auriculas habet auriculis *Murinis* similes, scilicet subrotundas & pellucidas; rostrum breve & obtusum; in singulis pedibus digitos 5; caudam sat longam, cum membrana volatui inserviente connexam: membrana illa extensa, ab una extremitate ad aliam unum circiter pedem longa est. Locis obscuris & cavernis subterraneis per æstatem interdiu, & per totam hyemem latitat; crepusculo tantum evolat.

2. VESPERTILIO MINOR TERNATANUS. †

Vespertilio rufus, pedibus omnibus pentadactylis, auriculis simplicibus.... LA PETITE CHAUVE-SOURIS DE TERNATE.

Vesper-

Veſpertilio Ternatanus auriculis ſimplicibus. *Klein. Quadr. p.* 61. Veſpertilio Ternatanus. *Seba Vol.* I. *p.* 91. *Fig. T.* 56. *Mas F.* 3. *Fœm. F.* 2. (*Fig. optimis*).

A præcedente differt tantum pilorum colore rufo: in omnibus aliis ei ſimillimus eſt. Habitat in *Ternatana* Inſula.

** 3. VESPERTILIO MINOR.

Veſpertilio murini coloris, pedibus omnibus pentadactylis, auriculis duplicibus. . . . LA PETITE CHAUVE-SOURIS DE NOTRE PAYS.

Veſpertilio vulgaris auriculis duplicibus. *Klein. Quadr. p.* 61. Veſpertilio auriculis quaternis. *Jonſt. Avi. p.* 34. *Fig T.* 20. (*Fig. ſat bonis*). Veſpertilio. *Aldrov. Avi. p.* 571. *Fig. p.* 574, & 575. (*Fig. ſat bonis*).

In omnibus cum ſpecie prima convenit, exceptis auriculis unius pollicis longitudinem ſuperantibus, & quaſi duplicibus.

4. VESPERTILIO MAJOR TERNATANUS. †

Veſpertilio ſubrufus, pedibus omnibus pentadactylis, auriculis duplicibus, naſo gemino. . . . LA GRANDE CHAUVE-SOURIS DE TERNATE.

Veſpertilio caudatus, naſo foliato, obverſe cordato. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 14. *ſp.* 5. Veſpertilio, Rattus Ternatanus. *Klein. Quadr. p.* 61. Glis volans Ternatanus. *Seba Vol.* I. *p.* 90. *Fig. T.* 56. *F.* 1. (*Fig. optima*).

Per univerſum corpus veſtitur pilis ſubrufis; qui vero partem capitis anteriorem cooperiunt, dilutiſſime ſunt rufi. Membrana volatui inſerviens, cujus ſuperficies ſuperior raris pilis obſita eſt, inferior vero glabra & nuda, marmoris in modum variegatur. Auriculas habet prægrandes & quaſi duplices; naſum

naſum pariter geminum, extuberantem, & foliaceï quid referentem; in ſingulis pedibus digitos 5. Habitat in Inſula *Ternatana.*

5. VESPERTILIO AMERICANUS RUFUS. †

Veſpertilio dilute rufus, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis. . . . LA CHAUVE-SOURIS ROUSSE D'AMÉRIQUE.

Veſpertilio caudatus, labio ſuperiore bifido. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 14. *ſp.* 3. Veſpertilio Americanus, capite globoſo, ore leporino. *Klein. Quadr. p.* 61. Veſpertilio Cato ſimilis Americanus. *Seba Vol.* 1. *p.* 89. *Fig. T.* 55. *F.* 1. (*Fig. optima*).

Pilis dilute rufis in toto corpore veſtitur. Caput habet globoſum; os patulum; mentum pendulum; nares rotundas: auriculas magnas; caudam cum membrana volatui inſerviente connexam; in pedibus anterioribus digitos 4, in poſterioribus vero 5. Habitat in *America.*

6. VESPERTILIO AMERICANUS.

Veſpertilio murini coloris, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, naſo criſtato. . . . LA CHAUVE-SOURIS D'AMÉRIQUE.

Veſpertilio caudatus, naſo foliato acuminato. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 14. *ſp.* 4. Veſpertilio Americanus vulgaris, longioribus auriculis, & e naſo erecta criſtula. *Klein. Quadr. p.* 61. Veſpertilio Americanus vulgaris. *Seba Vol.* I. *p.* 90. *Fig. T.* 55. *F.* 2. (*Fig. optima*).

Quoad formam corporis ſpeciem primam ſat bene imitatur; majores tamen atque longiores habet auriculas; & e naſo erectam, *Caſſidis* fere æmulam, criſtulam gerit: cauda caret: 4 in pedibus anterioribus digitis donatur, in poſterioribus vero 5. Pilorum color eſt *Murinus.* Habitat in *America.*

ORDO XV.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore quatuor; & digitis unguiculatis prædita.

Unico Quadrupede, *Phoca* ſcilicet, ſeu *Vitulo Marino*, conſtituitur hic Ordo.

XXXIII. *Genus Phocæ.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore quatuor:
In ſingulis pedibus digiti quinque unguiculati;
Membranis inter ſe connexi:
Pedes poſteriores retrorſum extenſi.

Obſ. Amphibium eſt hoc animal, & diutius in mare quam in terra commoratur. Quatuor dentibus caninis, dentium *Canum* æmulis, inſtructum eſt, ſcilicet in utraque maxilla utrinque uno: dentium molarium variat numerus.

** 1. Phoca, ſeu Vitulus Marinus. †

Le Phocas, ou Veau-Marin.

Phoca dentibus caninis tectis. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 9. ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 11. Phoca ſeu Vitulus marinus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 189. *Aldrov. Piſc. p.* 722. *Fig. p.* 724. (*Fig. mala*). *Jonſt. Piſc. p.* 156. *Fig. T.* 44. (*Fig. mala*). Phoca. *Klein. Quadr. p.* 93. *Geſn. Piſc. bis Fig. p.* 830. (*Fig. ſuperior ſat bona, inferior mala*). *Geſn. Icon. Aquat. Fig. p.* 164. (*Fig. mala*), & *p.* 366. *B.* (*Fig. ſat bona*). *Charlet. Exerc. Piſc. p.* 48. *n°.* 6. Vitulus marinus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 68. (*Fig. mala*). *Bell. de Aquat. p.* 19. *Fig. p.* 21. (*Fig. mala*). Veau Marin. *Hiſt. de l'Acad.*

Tom.

Tom. III. *Part.* I. *p.* 189. *Fig. Pl.* 27. (*Fig. assez bonne*). *Voy. de la B. de Hudſ. Tom.* II. *Fig. p.* 24. (*Fig. assez bonne*). *Kolbe. Tom.* III. *p.* 128. Chien, ou Veau de mer. *Hiſt. de l'Iſl. & de Gro. Tom.* II. *p.* 165. *Fig. p.* 168. (*Fig. assez bonne, exceptez les pieds*). Loup Marin. *Klein. Les Grecs l'appellent* Φώκη. *Les Eſpagnols*, Lobo Marino. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, Vechio Marino. *Geſn. Aldrov. Bell. Les Genevois*, Buo *ou* Bove Marino. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, Meer-Wolff, *ou* Meer-Hund. *Geſn. Aldrov. Les Polonois*, Morskieciele. *Geſn. Les Suédois*, Sial. *Linn. Les Norvégiens*, Kaabe. *Klein. Hiſt. d'Iſl. Les Groenlandois*, Pusa. *Klein. Hiſt. d'Iſl. Les Danois*, See-Hund. *Charlet.* Sal-hund. *Klein. Hiſt. d'Iſl. Les Hollandois*, Zeehundt. *Aldrov. Les Flamands*, Seehondt. *Geſn. Aldrov. Les Anglois*, Sea Calf *ou* Soile. *Raj. Charlet.* Seal-Hund. *Hiſt. d'Iſl. Les Habitans du Cap de B. Eſp.* Chien Marin. *Kolbe. Les Amériquains Septentrionaux*, Loup Marin. *Hiſt. d'Iſl.*

Corpus, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 4 circiter pedes longum eſt. Roſtrum habet oblongum; oculos magnos, in orbitis profunde demerſos. Caret auriculis externis; ſed non caret foraminibus, quibus ſonum recipit. Collum ei eſt oblongum; pectus latum: crura ſub cute clauſa latitant; pedes ſoli exſeruntur, & extrorſum apparent; anteriores 4 pollices longi ſunt; poſteriores vero 9: digiti omnes ſingulorum pedum validis membranis inter ſe ſunt connexi, validisque unguibus muniti. Cauda 3 circiter pollices longa, horizontaliter plana eſt. Per univerſum corpus veſtitur pilis brevibus, rigidis, cinereis ſplendentibus in dorſo, maculisque nigricantibus variegatis; in ventre vero ex ſordide albo flavicantibus: dantur & omnino nigræ. Habitat in mare, quandoque in terra.

[*Obſ.* Licet recte ad Quadrupeda Animalia referatur Phoca; fatendum tamen eſt, hanc ab aliis Quadrupedibus, figura pedum & cauda, ac reliquo corporis habitu, differre ita, ut Genus anomalum conſtituere videatur. Ideo credimus hic commode ſatis deſcribi poſſe belluas quasdam marinas, quæ vix ad aliud Ge-

nus sunt accensendæ, quamvis nequaquam cum Phoca, nec inter se quoad dentes conveniant; initium faciemus a *Manato*, cujus descriptionem tradidit auctor in Genere *Odobeni*, ad quod nequaquam pertinet, quamque idcirco huc transtulimus, tanquam ad ordinem anomalum. Vide supra, pag. 31. in nota.]

2. MANATUS.

LE LAMANTIN.

Manatus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 96. *sp.* 1. *Klein. Quadr. p.* 94. *no.* 5. Manati. *Gesn. Pisc. p.* 253. *Hernand. Hist. Mex. Fig. p.* 323. Manati, seu Vacca Marina. *Raj. Syn. Quadr. p.* 193. *Sloane. Vol.* II. *p.* 329. Manati Indorum. *Aldrov. Pisc. p.* 728. *fig. p.* 729. *Jonst. Pisc. p.* 257. Manati Phocæ Genus. *Clus. Exot. p.* 132. *Fig. p.* 133. Trichechus. *Art. Gen. Pisc. g.* 51. *sp.* 1. *Art. Synon. Pisc. g.* 51. *sp.* 1. Bœuf-Marin. *Hist. de l'Acad. T.* III. *Part.* 1. *p.* 191. *Les Espagnols l'appellent* MANATI. *Klein. Art. Raj. Les Portugais*, PEZZE MOULLER *ou* MUGER. *Art. Les Flamands*, SEEKOEGEN. *Art. Les Anglois*, MANATEE. *Art. Les Habitans d'Amboine*, DUJUNG *ou* DOUJONG. *Art. Les Habitans des bords de la Rivière des Amazones*, PEGE-BUEY. *Art.*

MANATUM nunquam vidi: cujus sit generis prorsus ignoro; Auctores enim nulli de illius dentibus locuti sunt. Post *Odobenum* eum repono, usquedum ampliorem illius cognitionem habeamus. *P. Labat*, in suo opere cui Titulus; *Voyage aux Isles de l'Amérique. Tome* II. *p.* 201., hoc Animal se vidisse refert; sicque illud describit. „ Ab extremitate rostri ad cau-
„ dæ exortum 14 pedes & 9 pollices longitudine
„ æquabat. Corpore erat tereti usque ad caudam.
„ Caput erat crassum, oris rictus latus, labiis crassis
„ donatus, quæ labia pilis quibusdam longis & ri-
„ gidis adornabantur. Oculos habebat valde exi-
„ guos pro ratione capitis, & auricularum loco duo
„ erant exigua foramina. Collum valde crassum est
„ & breve.... Pinnæ duæ, paulo infra collum
„ sitæ, ... testudinis pedes æmulantur. ....
„ Fœ-

„ Fœmina duas habet mammas rotundas; diameter „ earum, quas menſuravi, 7 pollices æquabat; „ craſſities vero 5 aut circiter pollices. . . . Ambi- „ tus corporis illius Piſcis, qui a capite ad caudæ „ exortum teres eſt, octo pedes & 2 pollices attin- „ gebat. Cauda ab exortu ad extremitatem 19 pol- „ lices longa erat; qua parte latiſſima, 15 circiter „ pollices attingebat: & verſus extremum craſſities „ 3 circiter pollices æquabat. . . . . Cutis hujus „ Piſcis corii Bovini duplicem fere craſſitiem in „ dorſo æquat; in ventre vero multo minus craſſa. „ Rugoſa eſt, coloris ex cinereo fuſci, pilis ejus- „ dem coloris, raris, craſſis, ſatque longis obſita."

Secundum Auctores omnes duobus tantum pedibus *Manatus* præditus eſt: attamen tantam habet cum *Quadrupedibus* analogiam, ut ad eorum Claſſem eum pertinere putem; veriſimile enim videtur pedes poſteriores cum cauda connecti, eosque diſſectione poſſe detegi.

[Accuratiorem *Manati* deſcriptionem tradidit *Stellerus*, in *Novis Commentariis Academiæ Petropolitanæ Tom.* II. *p.* 294. ex qua ad majorem illuſtrationem hic apponere lubet, quæ non memoravit *Labat.*

Manati longitudo ab apice labii ſuperioris ad extremum caudæ cornu dextrum 24 pedum, & 8 pollicum. Ambitus maximus corporis circa medium abdomen 20 pedum. Caput pariter ac collum, non ſecus ac in omnibus Piſcibus ita corpori jungitur, ut nullatenus diſcerni poſſit: a ſcapulis ad umbilicum corpus ſubito latius ſe diffundit, & abhinc verſus anum denuo ſubito gracileſcit. Corio tegitur craſſiſſimo, nigro, ſcabro; quod non eſt cutis ſed cuticula, conſtans e meris tubulis altitudine pollicem æquantibus; horum tubulorum compages ad perpendiculum cuti, duarum linearum craſſitiem non ſuperanti, implantatur. Caput parvum comparate ad reliquam corporis molem. Rictus oris non adeo magnus, labium ſuperius longe ultra mandibulam

inferiorem extenditur. E labiis ambobus prodeunt ſetæ albæ, robuſtæ, ſenſim craſſiores quo propiores rictui, & robuſtiſſimæ quæ intra labia utriusque mandibulæ dantur. Maſticationem abſolvit hoc animal, non dentibus quibus in univerſum caret, ſed duobus oſſibus validis, candidis, ſeu dentium integris maſſis, quarum una palato, altera maxillæ inferiori eſt infixa modo prorſus inſolito. Oculi minutiſſimi, nec ovillis majores, ciliis & omni alio apparatu externo ſunt deſtituti, ſed ad majorem utriusque canthum erigitur criſta cartilaginea quæ nictitantis membranæ munere fungitur. Statim a collo ſcapulis duo brachia ſeu pedes anteriores annectuntur, qui 26 pollices longitudine æquant, ac duabus articulationibus conſtant, & in quibus nulla digitorum veſtigia, ita ut membrum amputatum & cute obductum referant. Cauda, pinna nigra & duriſſima leviter forcipata præfinitur. Diſſectione nulla pedum poſteriorum veſtigia fuere detecta. Animal hoc marinum, potius quam amphibium dici debet.]

[3. URSUS MARINUS.

L'OURS MARIN.

Beſtia Marina Urſus Marinus dicta. *Nov. Comment. Petr. Tom.* II. *p.* 331. *F. T.* XV. (*Fig. bona*). *Les Ruſſes l'appellent* KOT.

Corporis longitudo eſt circiter 7 pedum. Caput urſinum quidem refert; ſed eſt multo craſſius & rotundius. Ac verſus oculos ſubito frons in gibbum aſſurgit. Barbam habet prolixam ex ſetis raris, candidis & rigidis conſtantem. In maxilla ſuperiore ſunt 4 dentes inciſores, & 16 canini, ſine ullis molaribus; in maxilla inferiore dantur 4 inciſores, & canini 12 loco molarium. Oculi ampli & valde prominentes. Auriculæ parvæ, acutæ, rigidæ, breviſſimis pilis tectæ, intus glabræ, rima oblonga, quæ

quæ ſub aqua claudi poteſt, patentes. Corpus craſſum circa lumbos ad anum usque ſubito decreſcit. Pedibus 4 incedit & inſiſtit; ſed hi ſunt pinnati; nam anteriorum 5 digiti, in unam maſſam coaliti, pariter ac poſteriorum, palmipedum pedes referunt, & pinnarum uſum natando præſtant. Anterioribus maxime nititur corpus, hinc ſunt craſſiores poſteriobus, qui enaſcuntur in extima corporis parte, poſt anum, quique dum incedit animal ſupra ſolum tanquam inutile pondus trahuntur, & ſulcos in arena ducunt. Singulis digitis unguiculorum rudimenta quædam appoſita videntur, ultra quæ protenditur membrana hos digitos connectens & in fimbrias deſinens. Corpus tegitur cute craſſa, veſtita pilis denſe poſitis, rigidis, in maribus nigris, in fœmellis cinereis. Cauda conica, apice acuminata, 2 pollices longa, cute piloſa laxe circumdatur, ita ut oſſa caudæ ſub cute veluti vagina recondita ſint, ac pro lubitu emitti & reduci poſſint. Animal hoc amphibium degit prope Inſulam *Beringii* & in Mare *Pacifico.*]

[4. Leo Marinus.

Le Lion Marin.

Dampieri Leo Marinus. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* II. *p.* 360.

Magnitudine bis ſuperat Urſum marinum. Pilorum color ruffus eſt; cutis quam in Urſo craſſior, caput quoque majus & naſus exporrectior, & ſurſum parumper curvatus. Pili denſe poſiti & erecti, quales in Leone terreſtri cernuntur, peripheriam colli ornant. His caret fœmina. Quoad cætera omnino cum Urſo Marino convenit. Degit prope inſulam *Beringii* & in Mare *Pacifico.*]

ORDO XVI.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in utraque maxilla ſex, & digitis unguiculatis prædita.

Hujus Ordinis QUADRUPEDUM alia ſunt quorum digiti a ſe invicem ſunt ſeparati, alia quorum digiti membranis inter ſe connectuntur. Omnia carnivora. Quatuor dentibus caninis prædita ſunt, ſcilicet uno utrinque in utraque maxilla: dentium molarium variat numerus. In duas ſectiones dividuntur. Prima continet ea quorum digiti a ſe invicem ſeparati ſunt, ſicut *Canis*, *Felis*, *Muſtela*, *Urſus*, &c. Secunda ea quorum digiti membranis inter ſe connexi ſunt, ut *Lutra*.

SECTIO I.

Ea quorum digiti a ſe invicem ſunt ſeparati.

Sex in illa Sectione continentur genera QUADRUPEDUM, quorum characteres a pedibus deſumuntur. Alia quatuor digitis in pedibus anterioribus, & quinque in poſterioribus donantur, ut *Hyæna*. Alia quinque in pedibus anterioribus, & quatuor tantum in poſterioribus, digitis prædita ſunt, ut *Canis*. Alia in ſingulis pedibus quinque digitos habent: ex his ultimis alia ſunt quorum pollex ab aliis digitis remotus eſt, & ſuperius collocatus, ut *Muſtela*: & alia quorum pollex aliis digitis eſt proximus, ut *Meles*. Alia calcaneis incedunt, ut *Urſus*. Alia denique unguibus hamatis & retractilibus prædicta ſunt, ut *Felis*.

XXXIV. *Genus Hyænæ.*

Hujus character eſt

Den-

Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Digiti unguiculati in pedibus anterioribus quatuor, in poſterioribus quinque,
Omnes a ſe invicem ſeparati.

** 1. Hyæna.

L'Hyene.

Hyæna. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 624. (*Fig. bona, ſi nigra eſſet nec maculata*). Hyæna, vel Belbus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 75. (*Fig. eadem*). Zilio Hyæna. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 56. (*Fig. ut ſupra*). Animal Necrophagum, ſive Jeſef, ſive Hyæna. *Euſ. Nieremb. p.* 181. Canis pilis cervicis erectis longioribus. Hyæna. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 4. Gulo; Boophagus; Magnus vorator; Roſomacha. *Klein. Quadr. p.* 83. *Fig. T.* 5. (*Fig. mala*). Gulo. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 623. (*Fig. mala*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 78. *Fig. p.* 79. (*Fig. mala*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 178. *Jonſt. Quadr. p.* 91. *Fig. T.* 57. (*Fig. mala*). *Charlet. Exerc. p.* 15. Roſomacha. *Euſ. Nieremb. p.* 188. Dabuh Arabum. *Charlet. Exerc. p.* 15. Lupus veſpertinus Julii Capitolini. *Aldrov.* Vultur Quadrupes, Scaligeri. *Klein. Charlet. Jonſt. Les Arabes l'appellent* Zabo *ou* Dabuh. *Geſn. Jonſt. Les Siriens*, Dabha *ou* Dahab. *Geſn. Les Suédois*, Filfras. *Linn. Les Allemands*, Vilfras. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Les Africains*, Jeſef. *Geſn. Euſ. Nieremb.* Seſef. *Jonſt. Charlet.*

Magnitudine & figura *Lupum* æmulatur. Breves habet auriculas. Per univerſum corpus veſtitus pilis ſat longis, & nigris. Habitat in *Africa*.

XXXV. *Genus Caninum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Digiti unguiculati in pedibus anterioribus quinque, in poſterioribus quatuor,
Omnes a ſe invicem ſeparati.

Obſ. Canes domeſtici quandoque in ſingulis pedibus quinque digitis donantur; quæ varietas in errorem inducere nequit, quoniam reperitur in ſolis *domeſticis Canibus*, animalibus ita notis, ut cum nullis aliis confundi poſſint.

** 1. CANIS DOMESTICUS.

LE CHIEN.

Canis cauda (ſiniſtrorſum) recurva. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 12. Canis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 175. *Klein. Quadr. p.* 68. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 173. (*Fig. bonis*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 25. *Fig. p.* 25, 26. & 27. (*Fig. bonis*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 482. *Jonſt. Quadr. p.* 122. *Fig. T.* 69, 70. & 71. (*Fig. bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 26. *Sloane. Vol.* II. *p.* 329. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 244. *Les François appellent le mâle* CHIEN; *& la femelle*, CHIENNE. *Les Hébreux l'appellent* KELEB. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, KALBA. *Geſn. Aldrov. Les Arabes*, KELBE. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Κύων. *Les Saraſins*, KEPB *ou* KOLPB. *Geſn. Les Perſes*, SAG. *Geſn.* SIG. *Aldrov. Les Médes*, SPACA. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols*, PERRO. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, CANE. *Geſn. Aldrov. Les Illyriens*, PES *ou* PAS. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, HUND. *Geſn. Aldrov. Les Suédois*, HUND. *Linn. Les Anglois*, DOG. *Raj.*

Canis eſt animal omnibus ita notum, ut deſcriptione non indigeat.

Obſ. Omnes *Canum*, quas videmus, differentiæ ſunt tantummodo ejusdem ſpeciei varietates, non vero ſpecies diſtinctæ.

** 2. LUPUS VULGARIS. †

Canis ex griſeo flaveſcens. . . . LE LOUP.

Canis cauda incurva. Lupus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. n°.* 13. Lupus vulgaris. *Klein. Quadr. p.* 70. *Charlet. Exerc. p.* 15. Lupus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 173. *Geſn. Quadr. p.* 716. *Fig. p.* 717. (*Fig. ſat bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 79. (*Fig. ſat bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 144. *Jonſt. Quadr. p.* 89. *Fig. T.* 56. (*Fig. bona*). *Rzac.*

Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 219. Lupus, ſeu Canis ſylveſtris. *Rzac. Auct. p.* 312. *Les François appellent le mâle* LOUP; *la femelle*, LOUVE; *& le jeune*, LOUVETEAU. *Les Hébreux l'appellent* ZEEB. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, DEEBA, *&* DEBA. *Geſn. Aldrov. Les Arabes le mâle*, DIB; *la femelle*, ZEEBAH. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Λύκος. *Les Sabins*, HIRPUS. *Aldrov. Les Eſpagnols*, LOBO. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, LUPO. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, WOLFF. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Illyriens*, WLK. *Geſn. Les Polonois*, WILK. *Rzac. Les Suédois*, WARG; ULF. *Linn. Les Anglois*, WOLF. *Raj. Geſn.*

Lupus eſt animal ſatis notum, ut ampla deſcriptione non indigeat. Corporis longitudo, a capitis vertice ad caudam usque, 2 eſt circiter pedum cum 8 pollicibus; capitis, a vertice ad roſtri extremitatem, 7 pollicum: a parte ſuperiore dorſi ad terram usque, unum pedem & 8 pollices circiter altus eſt. Roſtrum habet elongatum & obtuſum, (quo differt a *Vulpe* roſtro acutiori donato); auriculas ſat breves & erectas; caudam craſſam, pilis longis obſitam. Pilorum color vulgaris eſt ex griſeo flaveſcens, quandoque etiam nigricantibus pilis in dorſo mixtis: in *Septentrionalibus Regionibus* candidiſſimi reperiuntur. Habitat in ſylvis.

3. LUPUS AUREUS.

Canis flavus.... LE LOUP DORÉ.

Canis, Lupus aureus dictus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 3. Lupus aureus, Aſiaticus. *Klein. Quadr. p.* 70. Lupus aureus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 174. *Geſn. Quadr. p.* 717. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 174. *Jonſt. Quadr. p.* 91. *Charlet. Exerc. p.* 15. *Kœmpf. p.* 413. *Fig. p.* 407. *F.* 3. Aſiaticum Animal *Adil* nuncupatum. *Bell. Obſ. p.* 160. *Les Grecs modernes l'appellent* SQUILACHI. *Raj. Klein. Aldrov. Bell. Les Perſes*, SIECHAAL. *Kœmpf. Les Suédois*, JACKHALS. *Linn. Les Flamands*, JAKHALS. *Kœmpf. Les Anglois*, JACKCALL. *Raj. Klein. Kœmpf.*

Lupo

Lupo vulgari magnitudine cedit, & *Vulpem* antecellit. Quoad figuram vero *Lupum* æmulatur. Pilorum color eſt eleganter flavus. Habitat in *Cilicia*, *Turcica*, & univerſa *Aſia*.

4. Lupus Mexicanus.

Canis cinereus, maculis fulvis variegatus, tæniis ſubnigris a dorſo ad latera deorſum hinc inde deductis. . . . Le Loup du Mexique.

Xoloitzcuintli: Lupus Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 479. (*Fig. bona*). Cuetlachtli, ſeu Lupus Indicus. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 7. Lupus Indicus. *Euſ. Nieremb. p.* 180. *Les Indiens l'appellent* Cuetlachtli. *Euſ. Nieremb.*

Magnitudine *Lupum vulgarem* adæquat; ſed ampliori capite gaudet. Torvos habet & lucentes oculos; auriculas ſat longas, & erectas; collum obeſum, & craſſum; caudam ſatis longam, non villoſam. Ex ſuperiore labro hirti admodum pili, retrorſum flexi, mollioribus *Hyſtricis* aculeis non abſimiles, ex cinereo alboque colore varii, erumpunt. Color in toto corpore cinereus; maculis tamen ſubinde fulvis variegatus: totum caput cinereum eſt, lineis quibusdam transverſis ſubnigricantibus ornatum: maculæ latæ coloris fulvi integram frontem diſtingunt: auriculæ ſunt cinereæ: collum longa fulvaque macula præditum eſt, cui ſimilem in pectore, alteram etiam ſimilem in parte ventris anteriore gerit: tæniæ ſubnigræ, a dorſo ad latera, deorſum hinc inde deductæ ſunt. Cauda, quæ cinerea eſt, in medio ſubfulvam obtinet maculam, paulatim evaneſcentem. Crura ac pedes cinereis & nigricantibus lineis, a ſummo ad imum deductis, variegantur. Habitat in calidis *Novæ Hiſpaniæ* locis.

** 5. VULPES VULGARIS. †

Canis fulvus, pilis cinereis intermixtis. . . . LE RENARD.

Canis cauda recta, extremitate alba. Vulpes vulgaris. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 6. Canis cauda recta, extremitate nigra. Vulpes campeſtris. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 5. Canis cauda erecta. Vulpes fulvus. *Faun. Suec. Linn.* n°. 14. Vulpes vulgaris. *Klein. Quad. p.* 71. Vulpes. *Raj. Syn. Quadr. p.* 177. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 1081. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 88. *Fig. p.* 89. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 195. *Jonſt. Quadr. p.* 92. *Fig. T.* 56. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 15. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 231. *Rzac. Auct. p.* 324. *Les Hébreux l'appellent* SCHUAL. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, THAAL. *Geſn. Aldrov. Les Arabes*, THALEB. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Α'λωπηξ. *Les Eſpagnols*, RAPOSA. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, VOLPE. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, FUCHSS. *Geſn. Aldro. Rzac. Les Illyriens*, LISSKA. *Geſn. Les Polonois*, LIS; LISZKA. *Rzac. Les Suédois*, RAF. *Linn. Les Flamands*, VOS. *Geſn. Les Anglois*, FOX. *Raj. Geſn.*

Vulpes eſt animal ita notum, ut ampla deſcriptione non indigeat. Longitudo corporis, a capitis vertice ad caudam usque, 1 eſt circiter pedis & 8 pollicum; capitis, a vertice ad nares, 5½ pollicum; caudæ 15 pollicum. A parte ſuperiore dorſi ad terram usque, 15 aut 16 pollices altus eſt. Roſtrum habet elongatum & acutum, (quo differt a *Lupo*, roſtro obtuſiori prædito); auriculas erectas; caudam craſſam, pilis longis & denſis veſtitam. Pili partem corporis ſuperiorem tegentes, ſunt fulvi, pilis quibusdam cinereis intermixtis; qui vero partem corporis inferiorem veſtiunt, ſunt cinerei. Habitat in ſylvis.

6. VULPES CRUCIGERA.

Canis fulvus, crucem nigram in dorſo gerens. . . . LE RENARD CROISÉ.

Canis

Canis cauda erecta. Vulpes cruciatus. *Faun. Suec. Linn.* n°. 14. Vulpes crucigera. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 90. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 221. *Fig. p.* 222. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 93. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 231. Renard croiſé. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 62. *Les Polonois l'appellent* KRZYZAKI. *Rzac. Les Suédois*, KROSSRAF. *Linn. Les Européens du Cap de B. Eſp.* JAKHALS. *Kolbe. Les Hottentots*, TENLIC *ou* KENLE'E. *Kolbe.*

Magnitudine, figura & colore *Vulpem vulgarem* æmulatur: ab ea autem nota inſigni differt; nam ab ore, per caput & dorſum, ad caudæ apicem usque, recta, longitudinalis, nigri coloris tænia ducitur, altera tænia transverſa etiam nigra per dorſum & pedes anteriores ducta; ita ut duæ illæ tæniæ ſimul crucis ſimilitudinem exprimant Habitat in *Polonia*, *Suecia*, & *Capite Bonæ-Spei.*

7. VULPES CINEREA.

Canis ex cinereo argenteus.... LE RENARD GRIS.

Vulpes cinereus Americanus. *Klein. Quadr. p.* 71. Renard gris. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 78. (*Fig. très-bonne*). *Les Anglois l'appellent* GRAY FOX. *Cat.*

Magnitudine & figura *Vulpem vulgarem* æmulatur: ab ea autem differt colore qui eſt ex cinereo argenteus. Habitat in *Carolina*, & *Virginia* in cavis arboribus.

8. VULPES ALBA.

Canis hieme albus, æſtate ex cinereo cœruleſcens.... LE RENARD BLANC.

Canis cauda recta unicolore. *a.* Vulpes alba. *b.* Vulpes cœruleſcens. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 8. *ſp.* 7. Canis cauda erecta. Vulpes albus. Vulpes cœruleſcens. *Faun. Suec. Linn. n°.* 14. Vulpes alba. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 220. *Fig. p.* 221. (*Fig. bona*). *Jonſt.*

Jonſt. Quadr. p. 93. Iſatis. *Nov. Comment. Petrop. Tom.* V. *p.* 358. Renard blanc. *Hiſt. d'Iſl. & de Groenl. Tom.* I. *p.* 56. *Les Suédois l'appellent* FIALL RACKA, *lorsqu'il eſt blanc; &* BLARAF, *lorsqu'il eſt bleuâtre. Linn.*

Magnitudine & figura *Vulpem vulgarem* æmulatur: ab ea autem differt colore, qui æſtate ex cinereo cœruleſcit, hieme vero albus eſt. Habitat in *Septentrionalibus Regionibus.*

XXXVI. *Genus Muſtelæ.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Digiti unguiculati in ſingulis pedibus quinque,
Omnes a ſe invicem ſeparati:
Pollex ab aliis digitis remotus, & altius collocatus.

Obſ. Omnia hujus Generis QUADRUPEDA corpus habent gracile, & crura brevia.

** 1. MUSTELA VULGARIS. †

Muſtela ſupra rutila, infra alba. . . . LA BELETTE.

Muſtela caudæ apice atro. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 5. *Faun. Suec. Linn. n°.* 9. Muſtela vulgaris. *Raj. Syn. Quadr. p.* 195. *Klein. Quadr. p.* 62. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 307. *Jonſt. Quadr. p.* 105. *Fig. T.* 64. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc. p.* 20. Muſtela proprie ſic dicta. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 851. (*Fig. ſat bona*). Muſtela. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 99. *Fig. p.* 100. (*Fig. ſat bona*). *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 235. *Les Hébreux l'appellent* CHULDAH. *Geſn. Les Chaldéens*, CHULDA. *Geſn. Les Arabes*, CALDAH. *Geſn. Les Grecs*, Γαλέη, *ou* Γαλῆ. *Les Perſes*, GURBA. *Geſn. Les Eſpagnols*, COMADREIA. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, DONNOLA; BALLOTTULA; BENULA. *Geſn. Aldrov. Les Illyriens*, KOLCZAWA. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, WISELE. *Geſn. Aldrov. Les Smolandois*, WESLA. *Linn. Klein. Les Anglois*, WEASEL *ou* WEESEL. *Raj. Geſn. Aldrov. Les Habitans d'York*, FOUMART *ou* FITCHET. *Raj.*

Cor-

Corporis longitudo, ab extremitate oris ad caudæ exortum, 7 eſt circiter pollicum; caudæ 2 pollicum. Oculos habet parvos & nigros; auriculas breves, ſed latas & ſubrotundas; crura unius pollicis longitudinem non multum ſuperantia. Per univerſum corpus veſtitur pilis brevibus, in parte corporis ſuperiore rutilis, in inferiore vero albis. Habitat in agris & ſylvis.

** 2. ERMINEUM. †

Muſtela hieme alba, æſtate ſupra rutila infra alba; caudæ apice nigro. . . . L'HERMINE.

Muſtela Armellina; Muſtela alba extrema cauda nigra. *Klein. Quadr. p.* 63. Muſtela caudæ apice atro. *Faun. Suec. Linn. no.* 9. Muſtela candida, ſive Ermineum. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 6. Mustela candida, ſive Animal Ermineum recentiorum. *Raj. Syn. Quadr. p.* 198. Muſtela candida in extrema cauda nigricans. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 309. *Fig. p.* 310. (*Fig. ſat bona*). Muſtela alba. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 852. (*Fig. ſat bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 100. (*Fig. ſat bona*). *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 235. *Rzac. Auct. p.* 328. Muſtela tota alba, *Hermellani* dicta. *Jonſt. Quadr. p.* 105. Muſtela Alpina Junii. *Rzac.* Hermellanus. *Charlet. Exerc. p.* 20. *Les Italiens l'appellent* ARMELINO. *Rzac. Les Polonois*, GRONOSTAY. *Rzac. Les Allemands*, HERMELIN *ou* WYSS WISELIN. *Geſn. Rzac. Les Suédois*, HERMELIN *ou* LEKATT. *Linn. Les Norvégiens*, LLKAT. *Geſn. Les Anglois*, ERMINE *ou* STOAT. *Raj.*

Figura ſua *Muſtelam vulgarem* imitatur; ſed eam magnitudine ſuperat. Ungues huic albi ſunt, & caudæ apex niger; quo excepto, hyeme in toto corpore alba eſt; æſtate vero in parte corporis ſuperiore rutila, in inferiore vero alba. Habitat in *Ruſſia*, *Scandinavia*, & in omnibus *Septentrionalibus Regionibus*; in *Gallia* rariſſima.

** 3. VIVERRA MAS ET FOEMINA. †

Muſtela pilis ſubflavis, longioribus caſtaneo colore terminatis, veſtita.... LE FURET MALE.
Muſtela pilis ex albo ſubflavis veſtita.... LE FURET FEMELLE.

Muſtela ſylveſtris *Viverra* dicta. *Raj. Syn. Quadr. p.* 198. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 4. Muſtela *Viverra* dicta. *Klein. Quadr. p.* 63. Muſtela ſylveſtris. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 325. *Fig. p.* 327. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 167. Muſtela ſylveſtris, Ictis. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 235. Viverra; Furo; Ictis. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 862. (*Fig. ſat bona*). Viverra. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 101. (*Fig. ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 20. Furunculus Sipontino. *Rzac.* *Les Grecs l'appellent* Κτὶς *ou* Ικτὶς. *Les Eſpagnols*, HURON; FURAM. *Geſn.* *Les Polonois*, LASKA; LASICA LESNA. *Rzac.* *Les Allemands*, FRETT; FRETTEL; FURETTE. *Geſn. Aldrov.* *Les Anglois*, FERRET. *Raj. Geſn.* FRET; FERRETTE. *Geſn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 14 eſt pollicum; caudæ 5 pollicum. Oculos habet rubicundos; auriculas breves, latas & ſubrotundas; & ungues albos. In mare, roſtri extremitas alba eſt; caput ſubflavum; & reliquum corpus pilis ſubflavis, longioribus caſtaneo colore terminatis, veſtitum. Fœmina, quæ mari magnitudine cedit, in parte capitis anteriore alba eſt, & in reliquo corpore ex albo ſubflava. *Africæ* incola eſſe dicitur, indeque ad nos translata.

4. VIVERRA INDICA.

Muſtela ex griſeo rufeſcens.... LE FURET DES INDES.

Muſtela Glauca. Mungo. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 9. Viverra Indica ex griſeo rufeſcens. *Raj. Syn. Quadr. p.* 198. *Klein. Quadr. p.* 63. *Les Portugais*

l'appellent MUNGO. *Raj.* *Les Zeyloniens*, MUNGATHIA. *Raj.*

A præcedente differt colore, qui ex grifeo rufescit. Habitat in *India.*

5. VIVERRA JAVANICA. †

Mustela supra rufa, infra dilute flava, caudæ apice nigricante.... LE FURET DE JAVA.

Mustela Javanica, *Koger Angan* dicta. *Klein. Quadr p.* 64. Mustela Javanica. *Seba Vol.* I. *p.* 77. *Fig. T.* 48. *F.* 4. (*Fig. bona*). *Les Habitans de Java l'appellent* KOGER ANGAN. *Seba.*

Magnitudine & figura *Viverram nostratem* circiter æquat: ab ea autem colore differt. Pili caput tegentes, sunt obscure spadicei; qui dorsum obtegunt, sunt rufi; qui vero ventrem vestiunt, dilute flavi. Cauda in apicem acutum nigricantem desinit. Habitat in *Java.*

** 6. VISON.

Mustela pilis coloris saturate castanei in toto corpore vestita.... LE VISON.

Ab extremitate rostri ad caudæ exortum, 15 circiter pollices longus est: cauda 7 pollices longa. Auriculas habet breviſſimas, latas, & rotundatas. In toto corpore vestitur pilis coloris saturate castanei. Habitat in *Canada.* Ex musco *Dom. Aubry.*

** 7. FOYNA.

Mustela pilis in exortu albidis, castaneo colore terminatis, vestita, gutture albo.... LA FOUINE.

Mustela fulvo nigricans, gula pallida. Martes. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *sp.* 2. *Faun. Suec. Linn.* n°. 7. Martes, aliis Foyna. *Raj. Syn. Quadr. p.* 200. Martes saxo-

ſaxorum, non fagorum, ſeu domeſticus. *Klein. Quadr. p.* 64. Martes domeſtica. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 865. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon Quadr. p.* 97. *Fig. p* 98. (*Fig bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 332. *Jonſt. Quadr. p.* 108. *Fig. T.* 64. (*Fig. bona*). *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 222. Martes fagina. *Rzac. Auct. p.* 314. *Les Italiens l'appellent* FOINA *ou* FOUINA. *Geſn. Les Allemands*, MARDER; TACH MARDER; HUHSS MARDER; STEIN MARDER; BUCH MARDER. *Geſn. Rzac. Les Suédois*, MARD. *Linn.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum usque, unius eſt pedis & 5 pollicum; caudæ 11 pollicum. Auriculas habet latas & ſubrotundas; caudam longis pilis obſitam. Per univerſum corpus, excepto gutture albo, veſtitur pilis in exortu albidis, caſtaneo colore terminatis: qui caudam & 4 crura obtegunt, ex caſtaneo nigricant. Habitat in ſylvis, & circa domos.

** 8. MARTES. †

Muſtela pilis in exortu ex cinereo albidis, caſtaneo colore terminatis, veſtita, gutture flavo.... LA MARTE.

Muſtela fulvo nigricans, gula pallida. Martes. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. no.* 7. Muſtela Martes. *Klein. Quadr. p.* 64. Martes. *Raj. Syn. Quadr. p.* 200. *Aldrov Quadr. Dig. Viv. p.* 331. *Coarlet. Exerc. p.* 20. Martes ſylveſtris. *Geſn. Quadr. p.* 867. *Fig. p.* 866. (*Fig. bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 108. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 222. Martes abietina. *Rzac. Auct. p.* 314. Martis altera ſpecies nobilior. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 99. *Les Eſpagnols l'appellent* MARTA. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, MARTA; MARTURO; MARTARO; & MARTORELLO. *Aldrov. Les Pelletiers Boulonnois*, MARTIRE. *Aldrov. Les Allemands*, FELD MARDER; WILD MARDER. *Geſn. Les Polonois*, KUNA. *Aldrov. Rzac. Les Suédois*, MARD. *Linn. Les Anglois*, MARTIN *ou* MARTLET. *Raj.*

Magnitudine & figura *Foynam* æmulatur; ab ea

autem differt præcipue gutturis colore flavo. In toto reliquo corpore veſtitur pilis in exortu ex cinereo albidis, caſtaneo colore terminatis. Sylvas rariſſime deſerit. Habitat in *Canada*: in *Europa* rara.

9. MARTES ZIBELLINA.

Muſtela obſcure fulva, gutture cinereo.... LA MARTE ZIBELINE.

Muſtela Zibellina; Martes Scythica; Mus Sarmaticus; Mus Scythicus. *Klein. Quadr. p.* 64. Muſtela Zibellina. *Raj. Syn. Quadr. p.* 201. *Linn. Syſt. Nat. Ed 6. g. 6. ſp.* 7. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 335. *Jonſt. Quadr. p.* 108. *Charlet. Exerc. p.* 20. Muſtela Sobella. *Geſn. Quadr. p.* 869. *Rzac. Auct. p.* 317. Muſtela Scythica. *Rzac.* Ictis Scythica. *Rzac.* Satherius Ariſtotelis. *Charlet.* Cebalus Niphi. *Charlet. Les Allemands l'appellent* ZOBEL. *Geſn. Rzac. Les Polonois & les Illyriens*, SOBOL. *Geſn. Aldrov Rzac. Les Suédois*, SABBEL. *Linn. Les Anglois*, SABLE. *Raj.*

Martem figura ſua imitatur; ſed ea paulo minor eſt. In toto corpore, excepto gutture cinereo, veſtitur pilis obſcure fulvis. Capitis pars anterior, & auriculæ ſunt ex albido cinereæ. Habitat in *Lithuania*, *alba Ruſſia*, *Moſcoviæ* Septentrionali Regione, & *Scandinavia*.

** 10. PUTORIUS. †

Muſtela pilis in exortu ex cinereo albidis, colore nigricante terminatis, veſtita, oris circumferentia alba.... LE PUTOIS.

Muſtela flaveſcente nigricans, ore albo, collari flaveſcente. Putorius. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 6. ſp.* 3. *Faun. Suec. Linn. no.* 8. Muſtela fœtida. Putorius. *Klein. Quadr. p.* 63. Putorius. *Raj. Syn. Quadr. p.* 199. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 868. (*Fig. ſat bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 99. (*Fig. ſat bona*). *Aldrov. Quadr.*

Quadr. Dig. Viv. p. 329. *Fig. p.* 330. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 107. *Fig. T.* 64. *ſub iſto nomine*, Martes. (*Fig. ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 20. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 236. *Rzac. Auct. p.* 329. Martes domeſtica Matthioli. *Rzac.* *Les Picards l'appellent* CATHARET. *Geſn.* *Les Italiens*, FOETTA. *Geſn.* PUZOLO. *Aldrov.* *Les Savoyards*, POUTTET. *Geſn. Aldrov.* *Les Allemands*, ILTIS; ULK; BUNTSING. *Geſn.* *Les Illyriens ou les Bohémiens*, TCHORZ. *Geſn. Aldrov.* *Les Polonois*, VYDRA. *Geſn. Aldrov.* TCHORZ. *Rzac.* *Les Habitans de la Province de Skone*, ILLER. *Linn.* *Les Anglois*, POLECAT *ou* FITCHET. *Raj.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium usque, 13 eſt pollicum; caudæ 5½ pollicum. Auriculas habet breves, latas & ſubrotundas. Per univerſum corpus veſtitur pilis in exortu ex cinereo albidis, colore nigricante terminatis in toto corpore, exceptis lateribus, in quibus colore dilute caſtaneo terminantur. Tota oris circumferentia alba eſt. Habitat in ſylvis.

11. PUTORIUS STRIATUS.

Muſtela nigra, tæniis in dorſo albis.... LE PUTOIS RAYÉ.

Muſtela Americana fœtida. *Klein. Quadr. p.* 64. Putois. *Cat. Tom.* II. *Fig. p.* 62. (*Fig. très-bonne*).

Præcedentem magnitudine circiter adæquat; ſed roſtro longiore donatur. Pilis veſtitur nigris, tæniis 5 in dorſo albis, quarum media a cervice, in medio dorſo, ad caudam usque decurrit, duabus utrinque aliis mediæ parallelis. Habitat in omni *Americæ Septentrionali Regione.*

** 12. ICHNEUMON: MUS PHARAONIS VULGO.

Muſtela pilis ex albido & nigricante variegatis, veſtita.... L'ICHNEUMON OU LA MANGOUSTE: *Vulgairement* LE RAT DE PHARAON.

Muſtela Ægyptiaca. Ichneumon, i. e. Inveſtigator. Mus Pharaonis; Mus Ægypti; Damula; Donola; Muſtela Ægypti peculiaris; Lutra Ægypti. *Klein. Quadr p.* 64. Meles unguibus uniformibus leucophæa. Ichneumon. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 10. *ſp* 3. Ichneumon. *Raj. Syn. Quadr. p.* 202. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 635. (*Fig. mala*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 102. (*Fig. malis*). *Jonſt. Quadr. p.* 105 *Fig. T.* 67. (*Fig. mala*). *Charlet. Exerc. p.* 19. *Bell. de Aquat. p.* 44. *Fig. p.* 45. (*Fig. mala*). *Bell Obſ. Fig. p.* 96. (*Fig. mala*). Ichneumon, ſive Lutra Ægypti. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 298. *Fig p.* 301. (*Fig. mala*). Ichneumon, ſeu Mus Pharaonis. *Proſp. Alp. Ægypt. p.* 234. *Fig. T.* 14. *F.* 3. (*Fig. mala*). Ichneumon. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 52. *Fig. p.* 4. (*Fig. mauv*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium usque, 1 eſt pedis cum 9 pollicibus; caudæ 1½ pedis. Anteriora crura, a ventre ad apicem unguium, 5 circiter pollices longa ſunt; posteriora vero paulo longiora Auriculas habet breviſſimas, latas, & ſubrotundas; caudam in exortu craſſam, in acumen deſinentem. In toto corpore, excepto ventre ex rufo flavicante, veſtitur pilis, ab exortu ad apicem usque, ex albido & nigricante variegatis. Habitat in *Ægypto*.

Alia eſt *Ichneumonis* ſpecies, ab iſta diſcrepans magnitudine tantum qua ei cedit: ab extremitate roſtri ad caudæ exortum usque, 13 tantum pollices longa eſt; & caudæ longitudo 9 pollices æquat. Ex muſeo *Realmuriano*.

Ichneumon cujus *Seba* deſcriptionem dedit *Vol. I. p.* 66. & figuram *T.* 41. *Fig.* 1. idem cum iſto eſſe videtur. Deſcriptio quam hujus dedit, iſti ſat bene convenit, & figura eum perfecte repræſentat. A *Ceylonenſi Inſula* ad eum vivus miſſus eſt.

** 13. Genetta.

Muſtela cauda ex annulis alternatim albidis & nigris variegata.... La Genette.

Muſtela

Muſtela cauda annulis nigris albidisque cincta. Genetta. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 6. *ſp.* 8. Genetta, vel Ginetta. *Raj. Syn. Quadr. p.* 201. Coati, Ginetta Hiſpanis. *Klein. Quadr. p.* 73. Genetta. *Geſn. Quadr. p.* 619. *Pellis Fig. p.* 1102. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. p.* 70. *Fig. p.* 71. (*Fig. ſat bona*). *Pellis ibi Fig.* (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 337. *Fig. p.* 339. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 109. *Fig. T.* 72. (*Fig. ſat bona*). *Bell. Obſ. Fig. p.* 76. (*Fig. ſat bona*). Genetta; Catus Hiſpaniæ, & Genethocatus. *Charlet. Exerc. p.* 20. *Les Allemands l'appellent* GENITHKATZ. *Geſn. Les Suédois*, DESMANSKATT. *Linn.*

Magnitudine *Felem domeſticam* circiter æquat; ſed corpore graciliori donatur. Roſtrum habet elongatum & acutiſſimum; auriculas auriculis *Felinis* ſimiles. Per univerſum corpus veſtitur pilis ex fuſco & albido variegatis, maculis nigris in toto corpore, exceptis cruribus & capite, diſperſis. Cauda annulis alternatim albidis & nigris cingitur. Habitat in *Hiſpania*, & *Turcica*.

XXXVII. *Genus Melis.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Digiti unguiculati in ſingulis pedibus quinque,
Omnes a ſe invicem ſeparati;
Pollex aliis digitis proximus.

** 1. MELES. †

Meles pilis ex ſordide albo & nigro variegatis veſtita, capite tæniis alternatim albis & nigris variegato. . . . LE BLAIREAU, ou TAISSON.

Meles unguibus anticis longiſſimis. Taxus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 10. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 15. Taxus, ſive Meles. *Raj. Syn. Quadr. p.* 185. Meles. *Geſn. Quadr. p.* 778. *Fig. p.* 1103. (*Fig. bona*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 86. (*Fig. bona*). *Rzac. Auct.*

p. 315. Taxus. *Aldrov Quadr. Dig. Viv. p.* 263. *Fig. p.* 266. (*Fig. mala*). *Jonſt. Quadr. p.* 101. *Fig. T.* 64. (*Fig. bona*). *Charlet. Exerc p.* 18 Melis, ſive Taxo. Taxus; Taſſus, Blerellus. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 233. Melis ſeu Taxus, Blerellus. *Rzac. Auct. p.* 327. Coati cauda brevi; Taxus; Meles. Coati griſeus. *Klein. Quadr. p.* 73. *Les Grecs l'appellent* Μελις. *Les Eſpagnols*, Tasugo; Texon. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, Tasso. *Geſn. Aldrov. Les Griſons*, Tasch. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, Tachs, *ou* Dar. *Geſn. Aldrov.* Dachs. *Rzac. Les Illyriens*, Gezwecz. *Geſn. Aldrov. Les Polonois*, Jazwiec; Borsuk; Kotdziki; Zbik. *Rzac. Les Suédois*, Gräf-Svin. *Linn. Les Anglois*, Badger; Brock, *ou* Gray. *Raj. Geſn. Les Anglois Septentrionaux*, Pate. *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum, 2½ circiter eſt pedum; caudæ 10 pollicum. Oculos habet parvos pro ratione corporis; auriculae breves, partim albas, partim nigras; crura breviſſima; ungues pedum anteriorum longiſſimos & validos, pedum poſteriorum breves, omnes nigros. Statim ſub caudæ exortu, ſupra anum, latum habet orificium, quod in folliculum aperitur, non admodum profundum, burſæ aut ſaculi figura, ex cujus ſuperficie interna exſudat, parva quidem quantitate, ſubſtantia quædam alba, quadam conſiſtentia prædita, in qua nullum inſignem odorem reperi. In toto corpore veſtitur pilis ad tactum rigidis: qui partem corporis ſuperiorem obtegunt, ſunt in exortu ſordide albi, & in reliqua longitudine ex nigro & ſordide albo variegati: qui vero partem corporis inferiorem, 4 crura & pedes cooperiunt, ſunt nigri. Caput tæniis latis longitudinalibus alternatim albis & nigris variegatur; a naſo ſcilicet ad occipitium usque, tænia protenditur alba; infra eam utrinque, a naribus, per oculos, nigra ultra auriculas tænia producitur: deinde iterum inferius adhuc utrinque tænia eſt alba, ſecundum genarum longitudinem protenſa. Habitat in ſylvis. **. 2.

** 2. MELES ALBA.

Meles ſupra alba, infra ex albo flavicans. . . . LE BLAIREAU BLANC.

Ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 1 pedem cum 9 pollicibus longa eſt. Oculos habet parvos, pro ratione corporis; auriculas breves; crura breviſſima; ungues albos. Per univerſum corpus veſtitur pilis denſiſſimis, in parte corporis ſuperiore albis, in inferiore autem ex albo flavicantibus. Habitat in *Eboraco novo*. Ex muſeo *Realmuriano*.

3. MELES SURINAMENSIS.

Meles ex ſaturate ſpadiceo nigricans, cauda fuſca, annulis flavicantibus quaſi cincta. . . . LE BLAIREAU DE SURINAM.

Ichneumon de Yzquiepatl, ſeu Vulpecula Americana, quæ colore Maizium torrefactum æmulatur. *Seba Vol.* I. *p.* 68. *Fig. T.* 42. *F.* 1. (*Fig. bona*). Yzquiepatl, ſeu Vulpecula, quæ Maizium torrefactum colore æmulatur; Hernandezii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 181. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 332. (*Fig. non æque bona*). Coati Hernandezii. *Klein. Quadr. p.* 72. Vulpes Indica, *Izquiepotl* dicta. *Jonſt. Quadr. p.* 94. *Les Américains l'appellent* QUASJE. *Seba.*

Corporis longitudo 1½ circiter eſt pedis. Breves habet auriculas; ſinciput rotundum; roſtrum elongatum; crura brevia; ungues nigros, longos & incurvos. In toto corpore, excepto ventre flavescente, veſtitur pilis ex ſaturate ſpadiceo nigricantibus: ſincipitis color colore dorſi paulo dilutior eſt. Cauda, quæ corporis longitudinem adæquat, fuſca eſt, annulisque flavicantibus quaſi cincta. Habitat in *Nova Hiſpania*, & *Surinamenſi Inſula*.

Hernandez alias duas ſpecies refert; quarum una *Yzquiepatl* vocata, a præcedente differt faſciis multis in dorſo candentibus: altera vero *Conepatl* voca-

ta, ab ea discrepans, unica tantum, utrinque ducta, candente fascia, perque caudam ipsam eodem modo delata.

4. Civetta.

Meles fasciis & maculis albis, nigris, & rufescentibus variegata.... La Civette.

Meles unguibus uniformibus cinerea. Zibethica. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 10. sp. 2.* Coati, Civetta vulgo. *Klein. Quadr. p. 73.* Animal Zibethicum. *Raj. Syn. Quadr. p. 178. Hernand. Hist. Mex. Fig. p. 580. & 581. (Fig. sat. bonis).* Animal Zibethi. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 340. Fig. p. 343. (Fig. sat bonis). Jonst. Quadr. p. 109. Fig. T. 72. (Fig. sat bona). Charlet. Exerc. p. 20.* Felis Zibethi. *Gesn. Quadr. Fig. p. 948. (Fig. sat bona).* Catus aut Felis Zibethi. *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p. 72. & 126. (Fig. sat bonis).* Catus Zibethicus Scaligeri. *Jonst. Charlet.* Hyæna odorifera Zibethum gignens, quæ Civetta vulgo. *Jonst. Quadr. p. 151. Fig. T. 73. (Fig. sat bona).* Hyæna veteribus nuncupata, nunc autem Civetta. *Bell. Obs. Fig. p 94. (Fig. sat bona).* Civette. *Hist. de l'Acad. Tom. III. Part. I. p. 159 Fig. Pl. 23. (Fig. très-bonne). Les Suédois l'appellent* Zibet. *Linn. Les Anglois,* Civet Cat. *Raj.*

Corporis longitudo, ab extremitate rostri ad caudæ exortum, 2 est pedum & 5 pollicum. Caput habet strictum; rostrum elongatum; oculos parvos, longos & nigros; auriculas auricularum *Felinarum* circiter æmulas, sed minores & obtusiores; crura brevissima, anteriora præsertim, quæ a ventre ad unguium apicem usque 5 tantum pollices longa sunt; ungues nigros, rectos & obtusos. Caput & crura pilis brevibus obsita sunt: in reliquo corpore vestitur pilis duorum generum; alii enim sunt breves, molles, *lanæ* instar crispi, & ex cinereo fusci; alii multo longiores, ex albo, nigro, & rufescente variegati: unde fit ut corporis pars superior fasciis &

& maculis magnitudine inæqualibus, aliis albis, aliis nigris, aliis rufescentibus variegata videatur. Nasi extremitas est nigra; rostrum album. In quolibet capitis latere maxima est macula nigra, in qua oculus situs est. Pili partem capitis superiorem tegentes, ex albo & nigro variegati sunt: unde pars ista grisea apparet. Auriculæ extus nigræ, albo circumdatæ, intus longis pilis albis obsitæ sunt: guttur, venter, & pedes 4 nigri. Cauda in parte superiore est nigra, in inferiore vero ex albo variegata. Statim infra anum orificium habet 3 pollices longum, cumque dilatatur, 1½ pollicem & amplius latum: quod orificium in receptacula, in quibus colligitur substantia quædam odorata, ducit. Optimam vide folliculorum, hujus substantiæ odoratæ secretioni inservientium, descriptionem, apud *Academicos Parisienses*, loco supra citato. Habitat in *Sinensi Regione*, & *Nova Hispania*.

XXXVIII. *Genus Ursinum.*

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla sex:
Digiti unguiculati,
Omnes a se invicem separati:
Pedes calcaneis incedentes.

** I. URSUS.

Ursus niger, cauda unicolore. . . . L'OURS.

Ursus cauda abrupta. Ursus vulgo. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 4. *sp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 2. Ursus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 171. *Klein. Quadr. p.* 82. *Gesn. Quadr. Fig. p.* 1065. (*Fig. sat bona*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 65. (*Fig. eadem*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 117. *Fig. p.* 119. (*Fig. ut supra.*) *Jonst. Quadr. p.* 86. *Fig. T.* 55. (*Fig. bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 14. *Mus. Worm. p.* 318. *Rzac. Hist. Nat. Pol. p.* 225. *Rzac. Auct. p.* 321. Ours. *Hist. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* I. *p.* 83. *Fig.*

Fig. Pl. 9. (*Fig. très-bonne, excepté le nez qui eſt trop court*). *Les Hébreux l'appellent* Dob. *Geſn. Aldrov. Les Chaldéens*, Duba. *Geſn. Aldrov. Les Arabes*, Dubbe. *Geſn. Aldrov. Les Grecs*, Ἄρκτος. *Les Italiens, & les Eſpagnols*, Orso. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, Bär, *ou* Beer. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Bohémiens*, Nedwed. *Geſn. Les Polonois*, Wewer. *Geſn.* Niedzwiedz. *Rzac. Klein. Les Suédois*, Biorn. *Linn. Les Anglois*, Bear. *Geſn.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum usque, 5½ pedum eſt; capitis, a naribus ad occipitium, 1 pedis & 5 pollicum; caudæ 5 pollicum. Oculos habet, pro mole corporis, valde exiguos; auriculas ſat breves, verſus apicem rotundatas; crura brevia; in ſingulis pedibus digitos 5 validis, incurvis, & nigris unguibus munitos; pollice minimo, & ab aliis digitis non remoto. In toto corpore veſtitur pilis longis & denſis, in aliquibus nigris, in aliis ex fuſco nigricantibus, & in aliis ex nigro & argenteo mixtis. Habitat in *Alpibus*, inque *Germania*, *Polonia*, *Lithuania*, *Ruſſia*, *Moſcovia*, *Norvegia*, & in omnibus *Septentrionalibus* Regionibus.

** 2. Ursus albus.

Urſus albus, cauda unicolore. . . . L'Ours Blanc.

Urſus albus Martenſii. *Klein. Quadr. p.* 82. Urſus albus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 120. *Jonſt. Quadr. p.* 88. *Muſ. Worm. p.* 319. Ours blanc. *Hiſt. d'Iſl. & de Gro. Tom.* II. *p.* 47. *Voyage de la B. de Hud. Tom.* I. *p.* 56. *Fig. Tom.* II. *p.* 24. (*Fig. bonne*).

A præcedente differt capite longiore, collo multo graciliore, & colore, qui albus eſt. Habitat in *Septentrionalibus* Regionibus.

3. Ursus Freti Hudsonis.

Urſus caſtanei coloris, cauda unicolore, roſtro pedi-

dibusque nigris. . . . L'Ours de la Baye de Hudson.

Coati Urſulo affinis Americanus. *Klein. Quadr. p.* 74. Petit Ours; ou Louveteau. *Edwards. Tom.* II. *Fig. p.* 103. (*Fig. bonne*). Quickhatch, ou Wolverenne. *Voyage de la B. de Hud. Tom.* I. *Fig. p.*58. (*Fig. bonne*). Quickhatch. *Cat. App. p.* 29.

Magnitudine *Lupum vulgarem* paululum ſuperat. Oculos habet parvos & nigros; auriculas breves & rotundas; caudam mediocris longitudinis, in exortu tenuiorem quam verſus extremitatem, in qua longioribus pilis obſita eſt. Roſtrum & pedes 4 ſunt nigri; ſinciput albidum; guttur album, maculis nigris variegatum; reliquum corpus caſtanei coloris, in dorſo ſaturatioris. Habitat in *Freto Hudſonis*.

** 4. Coati.

Urſus cauda annulatim variegata. . . . Le Coati.

Urſus cauda elongata. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 4. *ſp.* 2. Vulpi affinis Americana. *Raj. Syn. Quadr. p.* 179. *Sloane. Vol.* II. *p.* 329. Coati Braſilienſium. *Klein Quadr. p.* 72. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 228. (*Fig. ſat bona*). Coati. *Jonſt. Quadr. p.* 95. *Muſ. Worm. Fig. p.* 319. (*Fig. optima*). Coati. *Jo. de Laet. p.*553. Vulpes Americana, *Mapach* dicta. *Charlet. Exerc. p.* 15. Mapach. *Jonſt. Quadr. Fig. T.*74. (*Fig. ſat bona exceptis pedibus*). *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 175. (*Fig. eadem ut ſupra*). Mapach, ſeu Animal cuncta prætentans manibus. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 1. Coati ſimplement dit. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 2. *p.* 23. Raccoon. *Cat. App. p.* 29. *Les Indiens l'appellent* Mapach. *Euſ. Nieremb. Les Guianois*, Quachy. *Barr.*

Longitudine corporis *Felem* circiter adæquat; craſſitie vero eam multum ſuperat. Caput habet latum; roſtrum acuminatum; maxillam inferiorem ſuperiore breviorem; oculos exiguos; auriculas breves & ſubrotundas; crura brevia; in ſingulis pedibus

bus digitos quinque ſat longos, acutis unguibus munitos; pedes poſteriores anterioribus majores; plantam pedum pilis omnino deſtitutam. In toto corpore, exceptis quatuor pedibus pilis brevibus tectis, veſtitur pilis longis & denſis, cinereis apice nigro in dorſo; in ventre vero in exortu rufis, in exitu cinereis. Facies ei ſordide albicat, excepta areola transverſa nigra, per oculos ducta. Cauda annulis cingitur alternatim nigris & ex albo flavicantibus. (Sunt qui in toto corpore veſtiuntur pilis ex rufo fuſcis: cauda ipſorum annulatim etiam variegatur.) Pedibus anterioribus velut manibus utitur; ſive, more *Canis*, anterioribus pedibus teneat cibum; ſive, ſicut *Urſus*, cibum ori admoveat. Habitat in *America*.

** 5. Coati-Mondi.

Urſus naſo producto & mobili, cauda unicolore.... Le Coati-Mondi.

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum, 15 circiter eſt pollicum; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 6 circiter pollicum. Naſum habet longiſſimum, naſi *Porcini* inſtar mobilem; maxillam inferiorem ſuperiore multo breviorem; auriculas breves & rotundas; in ſingulis pedibus digitos 5 nigris, longis & incurvis unguibus munitos. Pedum anteriorum digiti digitis pedum poſteriorum paulo ſunt longiores: plantæ pedum pilis omnino denudatæ. In toto corpore veſtitur pilis brevibus ex cinereo fuſcis. Pili caudæ ejusdem ſunt coloris. Apud D. *Liévre* Diſtillatorem hoc Animal vidi.

** 6. Coati Mondi cauda annulatim variegata.

Urſus naſo producto & mobili, cauda annulatim variegata.... Le Coati-Mondi a queue annelée.

Vulpes

Vulpes minor roſtro ſuperiori longiuſculo, cauda annulatim ex nigro & rufo variegata. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 167. Coati Mondi Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 180. *Klein. Quadr. p.* 72. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 228. Taxus Suillus. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 267. (*Fig. ſat bona*). Coati Mondi. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 2. *p.* 17. *Fig. Pl.* 37. (*Fig. très-bonne*).

Longitudo corporis, ab occipitio ad caudæ exortum usque, 16 eſt pollicum; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 6½ pollicum. Caudam habet toto corpore longiorem; naſum longiſſimum, naſi *Porcini* inſtar mobilem; maxillam inferiorem ſuperiore multo breviorem; oculos valde exiguos; auriculas rotundas, extus pilis breviſſimis veſtitas, intus vero pilis longis & albidis obſitas; in ſingulis pedibus digitos 5 nigris, longis & incurvis unguibus munitos; pedum anteriorum digitos digitis posteriorum pedum paulo longiores; plantam pedum pilis omnino denudatam. Per univerſum corpus veſtitur pilis brevibus, in parte corporis ſuperiore ex rufo & nigro variegatis, in inferiore vero omnino rufis. Cauda ex rufo & nigro annulatim variegatur. Habitat in *America*.

XXXIX. *Genus Felinum.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utraque maxilla ſex:
Digiti unguiculati,
Omnes a ſe invicem ſeparati:
Ungues hamati, & retractiles.

Obſ. Omnes hujus generis ſpecies capite rotundo; roſtro brevi; & lingua aculeis ſcabra donantur. Omnes etiam, exceptis duabus ultimis, cauda longiſſima gaudent.

** 1. Felis domestica.

Le Chat Domestique.

Felis

Felis cauda elongata, auribus æqualibus. Catus. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 5. ſp 6. Faun. Suec. Linn. n°. 3.* Catus Domeſticus, Felis Domeſtica. *Klein. Quadr. p. 75.* Felis Domeſtica, ſeu Catus. *Raj. Syn. Quadr. p. 170. Sloane. Vol. II. p. 329.* Felis, ſeu Catus Domeſticus. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 244.* Felis Domeſtica. *Jonſt. Quadr. p. 126. Fig. T. 72. (Fig. bona). Charlet. Exerc. p. 20.* Feles, vel Catus. *Geſn. Quadr. p. 344. Fig. p. 345. (Fig. bona). Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 28. (Fig. bona.* Felis. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv p. 564. Les Hébreux l'appellent* CATUL, & SCHANAR, *ou* SCHUNARA. *Geſn. Aldrov. Les Grecs,* Αἴλουρος. *Les Saraſins,* KATT. *Geſn. Les Eſpagnols,* GATO, *ou* GATA. *Geſn. Aldrov. Les Italiens,* GATTA, *ou* GATTO. *Geſn. Aldrov. Les Allemands,* KATZ. *Geſn. Les Illyriens,* KOCZKA. *Geſn. Les Polonois,* KOC. *Rzac. Les Suédois,* KATTA. *Linn. Les Anglois,* CAT. *Raj. Geſn. Aldrov.*

Felis eſt animal omnibus ita notum, ut deſcriptione non indigeat.

** 2. FELIS SYLVESTRIS.

Felis pilis ex fuſco, flavicante, & albido variegatis veſtita, cauda annulis alternatim nigris & ex ſordide albo flavicantibus cincta. . . . LE CHAT SAUVAGE.

Catus ſylveſtris ferus, vel feralis; Eques arborum. *Klein. Quadr. p 75.* Catus ſylveſtris. *Geſn Quadr. p. 353. Geſn. Icon. Quadr. p. 97. Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 217.* Felis ſylveſtris. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 582. Fig. p. 583. (Fig. bona). Jonſt. Quadr. p. 127. Fig. T. 72. (Fig. bona). Charlet. Exerc. p. 21.* Eques arborum, Germanis. *Geſn. Aldrov. Les Hébreux l'appellent* ZIIM. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols,* GATO MONTES. *Geſn. Les Allemands,* WILDE KATZE. *Les Polonois,* KOT DZIKI; ZBIK. *Rzac.*

Figura ſua *Felem domeſticam* æmulatur; ſed magnitudine eam paululum antecellit. In pedibus anterioribus 5 digitis donatur, in poſterioribus vero 4 tan-

tantum: pollex, in anticis pedibus, ab aliis digitis eſt remotus, & altius collocatus. Per univerſum corpus veſtitur pilis ex fuſco, flavicante, & albido variegatis: dorſum fuſcius eſt; venter vero magis albidus. Cauda annulis alternatim nigris & ex ſordide albo flavicantibus cingitur, nigroque colore terminatur. Habitat in ſylvis.

3. Felis sylvestris tigrina. †

Felis ex griſeo flaveſcens, maculis nigris variegata. . . . Le Chat sauvage tigré.

Felis ſylveſtris tigrinus, ex Hiſpaniola. *Seba Vol* I. *p.* 77. *Fig. T.* 48. *F.* 2. (*Fig. bona*). Feles fera tigrina. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 153. Catus *Tepe Maxtlaton* dictus, Tigrinus, ex Hiſpaniola. *Klein. Quadr. p* 75. Tepe Maxtlaton. *Fern. Hiſt. N. Hiſ. p.* 9. Maraguao, ſive Maracaia. *Marcgr. Hiſt. Br p.* 233. Chat-Tigre. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 50. *Les Eſpagnols l'appellent* Tepe Maxtlaton. *Seba. Les François de la Guiane*, Chat-Tigre. *Barr. Les Guianois*, Malakaya. *Barr.*

Magnitudine *Felem domeſticam* adæquat. Ingentes habet & nigros oculos; auriculas breves & ſubrotundas; caudam longam & acutam. Color totius corporis eſt ex griſeo flavicans, maculis nigris inſperſis. Habitat in *Capite Bonæ Spei*, & *America.*

** 4. Felis Angorensis.

Felis pilis longiſſimis toto corpore veſtita. . . . Le Chat d'Angora.

Felis cauda elongata, auribus penicilliformibus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 5. *ſp.* 5.

Figura ſua *Felem domeſticam* imitatur: ab ea autem differt pilis longiſſimis, quibus corpus veſtitur. Habitat in *Angora.*

** 5. LEO.

Felis cauda in floccum desinente. . . . LE LION.

Felis cauda elongata, floccosa, thorace jubato. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 5. sp. 1.* Leo. *Raj. Syn. Quadr. p. 162. Klein. Quadr. p. 81. Gesn. Quadr. Fig. p. 642. (Fig. bona). Gesn Icon. Quadr. Fig. p. 66. (Fig. bona). Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 2. Fœm. Fig. p. 6. (Fig. sat bona). Jonst. Quadr. p. 78. Fig. T. 50. & 51. (Fig. bonis.) Charlet. Exerc. p. 14. Mus. Worm. p. 317. Bont. Ind. Orient. p. 55.* Lion. *Hist. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* I. *Le Mâle p. 3. Fig. Pl. 1. La Femelle p. 19. Fig. Pl. 3. ((Fig. très-bonnes). Kolbe. Tom.* III. *p. 2. Fig. p. 4. F. 1. & 2. (Fig. bonnes). Les François appellent le mâle* LION; *& la femelle*, LIONNE. *Les Latins, le mâle*, LEO; *& la femelle*, LEOENA. *Les Hébreux*, LABI; LAISCH; ARI; ARIECH; GUR; & KEPHIR. *Gesn. Aldrov. Les Chaldéens*, ARIAVAN. *Gesn. Aldrov. Les Grecs.* Λέων. *Les Arabes*, ASAD. *Gesn. Aldrov. Les Perses*, GEHAD. *Gesn. Aldrov. Les Sarasins*, SEBEY. *Gesn. Aldrov. Les Espagnols*, LEON. *Gesn. Aldrov. Les Italiens*, LEONE. *Gesn. Aldrov. Les Allemands & les Illyriens*, LEW. *Gesn. Aldrov. Les Suédois*, LEYON. *Linn. Les Anglois*, LION. *Raj. Gesn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab extremitate rostri ad caudæ exortum usque, 7½ pedes æquat; altitudo, a parte superiore dorsi ad terram, 4½ pedes. Caudam habet longissimam, in pilorum floccum desinentem; caput crassum; splendentes oculos; auriculas breves & subrotundas; in pedibus anterioribus 5 digitos, in posterioribus 4 tantum. Pilorum color in parte corporis superiore est fulvus, in inferiore ex albo flavicans. Cum senescit animal, collum ipsius & pectus juba longissima ornantur.

Fœmina mare multo minor est; & quanquam senectutem adepta fuerit, nunquam jubata est. Habitat in *Asia* & *Africa*.

** 6. TIGRIS.

Felis flava, maculis longis nigris variegata. . . . LE TIGRE.

Felis

Felis cauda elongata, maculis virgatis. *Linn. Syſt. Nat. Ed. 6. g. 5. ſp. 2.* Tigris. *Raj. Syn. Quadr. p. 165. Klein. Quadr. p. 78. Geſn. Quadr. Fig. p. 1060. (Fig. ſat bona, excepto capite). Geſn. Icon. Quadr. p. 66. Fig. p. 67. (Fig. eadem). Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 101. Fig. p. 104. (Fig. eadem). Jonſt. Quadr. p. 84. Fig. T. 54. (Fig. eadem). Charlet. Exerc. p. 14. Bont. Ind. Orient. p. 52. Fig. p. 53. (Fig. eadem).* Tigre. *Kolbe. Tom. III. p. 5. Fig. p. 50. (Fig. mauv.). Les Grecs l'appellent* τιγρις. *Les Eſpagnols*, TIGRE. *Aldrov. Les Italiens*, TIGRE, *ou* TIGRA. *Geſn. Aldrov. Les Allemands*, TIGERTHIER. *Geſn. Aldrov. Les Suédois*, TIGER. *Linn. Les Anglois*, TIGER. *Raj. Les Habitans de Java*, RADJA OUTANG. *Bont.*

Magnitudine *Leoni* cedit. Splendentes habet & lucidos oculos; auriculas breves & ſubrotundas; caudam, caudæ *Leoninæ* inſtar, longiſſimam. In toto corpore veſtitur pilis brevibus, quorum color eſt flavus, longis maculis nigris variegatus. Habitat in *Aſia* & *Africa*.

7. TIGRIS REGIA.

Felis in dorſo fulva, in lateribus ſubcinerea, in ventre alba, maculis longis nigris variegata. . . . LE TIGRE ROYAL.

Tigris quam Luſitani *Tigre Royal* appellant. *Klein. Quadr. p.* 80. Tigre de la grande eſpèce, que les Portugais appellent *Tigre Royal. Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 2. *p.* 287.

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ exortum usque, 4 eſt pedum cum 9 pollicibus; capitis, ab occipitio ad caudæ extremitatem, 14 pollicum; caudæ $2\frac{1}{2}$ pedum. Corporis altitudo, a parte ſuperiore dorſi ad terram usque, 3 circiter pedum. Color eſt in dorſo fulvus; in lateribus ſubcinereus; in ventre albus: totumque corpus longis maculis nigris variegatur. Habitat in *Braſilia*.

** 8. Tigris Americana.

Felis flavescens, maculis nigris orbiculatis, quibusdam rosam referentibus, variegata.... Le Tigre d'Amerique.

Pardus, an Lynx Brasilienſis, *Jaguara* dicta, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 168. Tigris Americana, Jaguara Brasilienſis. *Klein. Quadr. p.* 80. Jaguara Brasilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 235. Jaguara. *Piſon Hiſt. Nat. Fig. p.* 103. Tlalauhqui ocelotl, ſeu Tigris Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 498. (*Fig. ſat bona*). Gros Tigre de la Guiane. *Des March. Tom.* III. *p.* 299. Tigre. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* 3. *p.* 3. *Fig. Pl.* 1. (*Fig. très-bonne*). *Les Portugais l'appellent* Onça. *Raj. Klein. Marcgr. Piſon.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium usque, 4 eſt pedum; caudæ 2½ pedum; crurum anteriorum, a pectore ad digitorum apicem usque, 1½ pedis; & crurum poſteriorum, a ventre ad apicem digitorum, unius pedis cum 10 pollicibus. Caput habet craſſum; oculos parvos, ſplendentes & lucidos; auriculas breves & ſubrotundas; barbam barbæ *Felinæ* æmulam; in pedibus anterioribus digitos 5, in poſterioribus vero 4. Tota corporis pars ſuperior flaveſcit, maculisque nigris, quibusdam ita diſpoſitis ut *roſam* quodam modo referant, variegatur; & pars corporis inferior alba eſt, maculis etiam nigris variegata. Pili in adultioribus breves ſunt; in junioribus vero longiores, & paululum criſpi. Habitat in *America*.

9. Tigris nigra.

Felis nigra, maculis nigris ſaturatioribus variegata.... Le Tigre noir.

Tigris Jaguarete, Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 81. Jaguarete Brasilienſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 169. *Marcgr. Hiſt.*

Hiſt. Br. Fig. p. 235. Jaguarete. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 103. Onçe, eſpèce de Tigre. *Des March. Tom.* III. *p.* 300. *Les Portugais l'appellent* ONÇA. *Raj. Marcgr. Piſon.*

Magnitudine *Juvencum annuum* adæquat; & figura ſua *Tigridem Americanam* æmulatur. In toto corpore veſtitur pilis brevibus, ſplendentibus, nigris, cum umbra mixtis, cumque maculis coloris nigri ſaturatioris in corpore diſperſis. Habitat in *Guiana* & *Braſilia*.

10. TIGRIS CRISPA.

Felis pilis criſpis veſtita, maculis nigris variegata.... LE TIGRE-BARBET, ou TIGRE FRISÉ.

Loup Tigre. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 60.

Pilis criſpis, *Canis Aquatici* modo, in toto corpore veſtitur; & maculis nigris, *Tigridis* inſtar, variegatur. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

11. TIGRIS FULVA.

Felis ex flavo rufeſcens, mento & infimo ventre albicantibus.... LE TIGRE ROUGE.

Tigris fulvus. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 166. Tigris Cuguacu arana Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 81. Cuguacu arana Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 169. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 235. Cuguacu ara. *Piſon. Hiſt. Nat. p.* 103. *Les Portugais l'appellent* TIGRE. *Raj. Klein. Marcg. Les François de la Guiane*, TIGRE ROUGE. *Barr.*

Magnitudine & figura cum *Tigride Americana* plane convenit: ab ea autem colore ex flavo rufescente, in dorſo obſcuriore, differt. Sub mento albicat paululum, ut & in infimo ventre. Pilos habet in toto corpore breves. Habitat in *Guiana* & *Braſilia*.

** 12. LEOPARDUS.

Felis ex albo flavicans, maculis nigris, in dorso orbiculatis, in ventre longis, variegata. . . . LE LEOPARD.

Felis cauda elongata, maculis superioribus orbiculatis, inferioribus virgatis. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 5. sp. 3.* Pardalis. *Raj. Syn. Quadr. p. 166.* Pardus. *Klein. Quadr. p. 78. Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 64. Fig. p. 68. (Fig. sat bona). Charlet. Exerc. p. 14.* Panthera, seu Pardalis; Pardus; Leopardus. *Gesn. Quadr. Fig. p. 936. (Fig. sat bona).* Panthera; Pardalis; Varia; Africana; Leopardus. *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p. 67. (Fig. sat bona).* Pardus, Leopardus. *Jonst. Quadr. p. 81. Fig. T. 53. (Fig. bona).* Pardus; Panthera. *Prosp. Alp. Ægypt. p. 237. Pullus. Fig. T. 15. F. 2. (Fig. sat bona).* Leopardus, seu Panthera. *Bont. Ind. Orient. p. 55.* Pardalion Aristotelis. *Aldrov. Klein.* Varia Latinis. *Raj. Klein. Gesn.* Africana Plinio. *Raj. Klein.* Lupus Canarius, vel Luparius Gazæ. *Klein.* Léopard. *Kolbe. Tom. III. p. 5.* Panthère. *Kolbe. Tom. III. p. 5. Les Hébreux l'appellent* NAMER. *Gesn. Aldrov. Les Chaldéens*, NIMRA. *Gesn. Les Grecs*, πανθὴρ; *le mâle*, πάρδος; *la femelle*, πάρδαλις. *Les Espagnols*, LEONPARDAL, *ou* LEONPARDO. *Gesn. Aldrov. Les Italiens*, LEONPARDO. *Gesn. Aldrov. Les Allemands*, LEPPARD. *Gesn. Aldrov. Les Illyriens*, LEWHART. *Gesn. Les Suédois*, PANTER. *Linn. Les Anglois*, LEOPARD. *Raj.* LYBARDE, *ou* LEPARDE. *Gesn. Aldrov.*

Magnitudine *Tigridem Americanam* circiter æquat, & figura æmulatur: ab ea autem differt colore suo, & figura & dispositione macularum. Color autem corporis est ex albo flavicans, maculis nigris, in ventre longis, in dorso orbiculatis, sed omnibus a se invicem separatis, & *rosas* nullo modo referentibus, variegatus. In pedibus anterioribus digitos habet 5, in posterioribus 4 tantum. Habitat in *Africa* & *India Orientali.*

13. CA-

13. Catus-Pardus.

Felis rufa, in ventre ex albo flavicans, maculis nigris, in dorso longis, in ventre orbiculatis, variegata. . . . Le Chat-Pard.

Felis cauda elongata, maculis superioribus virgatis, inferioribus punctatis. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 5. *sp.* 4. Pardus cauda brevi. *Klein. Quadr. p.* 78. Catus Pardus, sive Catus Montanus Americanorum. *Raj. Syn. Quadr. p.* 169. Tlacoozclotl; Tlalocelotl; Catus Pardus Mexicanus. *Hernand. Hist. Mex. Fig. p.* 512. (*Fig. sat bona*). Chat-Pard. *Hist. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* I. *p.* 109. *Fig. Pl.* 13. (*Fig. bonne*). *Les Anglois l'appellent* Cat a Mountain. *Raj. Les Suédois*, Willkatt. *Linn.*

Corporis longitudo, ab extremitate rostri ad caudæ exortum usque, est 2½ pedum; caudæ 8 pollicum. Corporis altitudo, a parte superiore dorsi ad apicem digitorum pedum anteriorum, 1½ pedis. Figura corporis externa *Felem* per omnia refert, cauda dumtaxat excepta, quæ, pro ratione magnitudinis animalis, brevior est quam in *Fele*. Color totius corporis, exceptis ventre & interiori crurum parte ex albo flavicantibus, & maxillæ inferioris parte inferiore & gutture albis, est rufus, maculis nigris, in dorso longis, in ventre & cruribus orbiculatis, variegatus. Auriculas habet tæniis transversis nigerrimis ornatas. Habitat in *Americæ* sylvis.

14. Catus Cervarius.

Felis alba, maculis nigris variegata, cauda brevi.... Le Chat-Cervier.

Felis cauda truncata, corpore albo maculato. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 5. *sp.* 8. Lynx colore albo, maculis nigris, cauda truncata. Act. Upsal. *Klein. Quadr. p.* 77. *Les Prussiens l'appellent* Katz-Luchs. *Klein. Les Suédois*, Kattlo. *Linn. Klein.*

Caudam habet brevem; inque toto corpore albus eſt, maculis nigris variegatus. Habitat in *Canada*.

15. Lynx. †

Felis auricularum apicibus pilis longiſſimis præditis, cauda brevi. . . . Le Loup-Cervier.

Felis cauda truncata, corpore rufeſcente maculato. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6 *g.* 5. *ſp.* 7. *Faun. Suec. Linn. n°.* 4. Lynx Aldrovandi. *Klein. Quadr. p.* 77. Lynx. *Raj. Syn. Quadr. p.* 166. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 90. *Fig. p.* 92. (*Fig. ſat bona*). *Jonſt. Quadr. p.* 83. *Fig. T.* 71. (*Fig. bonis*). *Charlet. Exerc. p.* 14. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 222. Lynx; Lupus Cervarius; Chaus; Raphius. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 73. *Fig. p.* 74. (*Fig. ſat bona, excepto capite*). Lynx, ſeu Lupus Cervarius. *Rzac. Auct. p.* 313. Lupus Cervarius; Lynx; Chaus. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 760. (*Fig. eadem*). Lupus Cervarius. *Gaz Rap. Beſt. Fig. T.* 13. (*Fig. bona*). Lupus Armenius. *Rzac.* Lynx. *Kolbe. Tom.* III. *p.* 63. Loup-Cervier. *Hiſt. de l'Acad. Tom.* III. *Part.* I. *p.* 127. *Fig. Pl.* 17. (*Fig. très-bonne*) *Les Grecs l'appellent* Αἴλουρος. *Geſn. Aldrov. Les Eſpagnols*, Lynce *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, Lupo Gatto. *Beſt. Les Italiens, les Griſons, & les Savoyards*, Lupo Cervero, *ou* Cerveiro. *Geſn. Les Allemands*, Luchs, *ou* Lws. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Pruſſiens*, Luchs. *Geſn. Les Illyriens*, Lupo Cerviro. *Geſn. Les Polonois*, Rys; Ostrowidz. *Rzac. Les Suédois*, Warglo. *Linn. Les Anglois*, Ounce. *Raj.* Luzarne. *Geſn.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum usque, 2 eſt pedum cum 4 pollicibus; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 7 pollicum; caudæ 8 pollicum. Corporis altitudo, a parte dorſi ſuperiore ad extremitatem pedum anteriorum, unius pedis & 8 pollicum. Fulgentes & lucidos habet oculos; caput & auriculas capiti & auriculis *Felinis* ſimiles: in auricularum apicibus faſciculus extat pilis longiſſimis conflatus. Pedes anteriores in 5 digitos,

tos, posteriores in 4 tantum fissi sunt. Lynces coloribus multum variant: alii enim ex nigro, cinereo, & rufo confuse mixti sunt: alii in parte corporis superiore rufi, maculis nigris variegati; & in parte inferiore cinerei, maculis pariter nigris, sed dilutioribus, majoribus, minusque frequentibus, etiam variegati.

Habitat in *Italia*, *Germania*, *Polonia*, *Lithuania*, *Russia*, *Moscovia*, *Suecia*, *Asia*, *Africa* & *Canada*.

Animal a *Charleton Exerc. p.* 21. descriptum, sub isto nomine *Siyah-Ghush*, & delineatum *p.* 23, *Lyncis* species mihi videtur.

SECTIO II.

Ea quorum digiti membranis inter se connectuntur.

Unico Genere, *Lutræ* scilicet, constituitur hæc Sectio.

XL. *Genus Lutræ.*

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla sex:
In singulis pedibus digiti quinque unguiculati,
Membranis inter se connexi.

Obs. Omnia hujus Generis Quadrupeda Amphibia sunt, piscibusque victitant.

** 1. LUTRA.

Lutra castanei coloris. . . . LA LOUTRE.

Lutra digitis æqualibus. *Linn. Syst. Nat. Ed.* 6. *g.* 7. *sp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 10. Lutra. *Raj. Syn. Quadr. p.* 187. *Klein. Quadr. p.* 91. *Gesn. Quadr. p.* 775 *Fig. p.* 776. (*Fig. bona*). *Gesn. Icon. Quadr. Fig. p.* 85. (*Fig. bona*). *Gesn. Pisc. Fig. p.* 608. (*Fig. bona*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 292. *Fig. p.* 295. (*Fig. mala*).

mala). Jonſt. Quadr. p. 104. *Fig. T.* 68. (*Fig ſat bona*). *Charlet. Exerc. p.* 18. *Bell. de Aquat. p.* 31. *Fig. p.* 32. (*Fig. bona*). *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p.* 221. Lutra, vel Lytra, vel etiam Lutris. *Geſn Icon. Aquat. Fig. p.* 353. (*Fig. bona*). Lutra, ſeu Canicula aquatica. *Rzac. Auct. p.* 313. Canis fluviatilis Aëtii. *Geſn. Aldrov. Jonſt.* Loutre. *Hiſt de l'Acad. Tom.* III. *Part.* I. *p.* 151. *Fig. Pl.* 21. (*Fig. très-bonne*). *Les Grecs l'appellent* Ἔνυδρις. *Les Eſpagnols*, NUTRIA. *Geſn. Aldrov. Les Italiens*, LODRA; LODRIA; LOUTRA. *Geſn. Aldrov. Les Savoyards*, LEURE. *Geſn. Aldrov. Les Illyriens & les Polonois*, WYDRA. *Geſn. Aldrov. Rzac. Les Suédois*, UTTER. *Linn. Les Anglois & les Allemands*, OTTER. *Raj. Geſn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum usque, 2 eſt pedum cum 2 pollicibus; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 5 pollicum; caudæ 1½ pedis. Oculos habet valde exiguos; auriculas breviſſimas, rotundas, infra oculos poſitas; crura breviſſima; in ſingulis pedibus digitos 5, omnes membranis inter ſe connexos; pollice aliis digitis breviore. Pilorum color in parte corporis ſuperiore, cauda & cruribus eſt caſtaneus, in aliis dilutior, in aliis ſaturatior. Guttur, pectus, & venter ex cinereo albicant. Habitat in ripis aquarum.

2. LUTRA BRASILIENSIS.

Lutra atri coloris, macula ſub gutture flava.... LA LOUTRE DU BRESIL.

Lutra pollice digitis breviore. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 7. *ſp.* 2. Lutra nigricans, cauda depreſſa & glabra. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 155. Lutra Braſilienſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 189. *Klein. Quadr. p.* 91. Jiya, quæ & Carigueibeju appellatur à Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 234. Jiya, ſive Carigueibeju. *Jonſt. Quadr. p.* 104. *Fig. T.* 60. Carygueibeju. *Charlet. Exerc. p.* 19. Loutre, ou Cariguebeju. *Des March. Tom.* III. *p.* 306. *Les Portugais l'appellent* LOUTRA. *Raj. Marcgr.*

Præ-

Præcedenti magnitudine cedit; eam autem figura æmulatur. Oculos habet nigros, & rotundos; auriculas breves, ſubrotundas, & infra oculos poſitas; in ſingulis pedibus digitos 5 (*m*) unguibus fuſcis & acutis munitos; pollice aliis digitis breviore. In toto corpore veſtitur pilis atris, exceptis qui caput obtegunt, qui ſunt obſcure fuſci, & macula ſub gutture flava. Habitat in *Braſilia*.

[*Obſ.* Hujuſce Animalis deſcriptio accuratior reperitur in *Novis Commentariis Petropolitanis Tom.* 2. *pag.* 367. ex qua patet ipſius pedum digitos membranis inter ſe connecti, ita ut omnino ad *Lutrarum* genus referri debeat.]

ORDO XVII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore octo; & digitis unguiculatis prædita.

Unico Genere, *Talpæ* ſcilicet, conſtituitur hic Ordo.

XLI. *Genus Talpæ.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore ſex, in inferiore octo:
Digiti unguiculati:
Plantæ pedum anteriorum extrorſum verſæ.

Obſ. Omnes hujus Generis ſpecies ſub terra vitam agunt, ibique cuniculos effodiunt, in quibus deliteſcunt.

** I.

(*m*) Utrum digiti membranis inter ſe connexi ſint, prorſus ignoro: ſi revera ſint ſeparati, in hoc Genere Animal iſtud non eſt reponendum.

** 1. TALPA VULGARIS. †

Talpa caudata, nigricans, pedibus anticis & posticis pentadactylis.... LA TAUPE.

Talpa caudata. *Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 13. sp. 1. Faun. Suec. Linn. nº. 17.* Talpa nostras, nigra communiter. *Klein. Quadr. p. 60.* Talpa. *Raj. Syn. Quadr. p. 236. Gesn. Quadr. Fig. p. 1055. (Fig. sat bona). Gesn. Icon. Quadr. Fig. p 116. (Fig. eadem). Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p. 449. Fig. p. 451. nº 2. (Fig. sat bona). Jonst. Quadr. p. 118. Fig T 66. (Fig. sat bona). Charlet. Exerc. p. 25. Rzac. Hist. Nat. Pol p. 236.* Taupe. *Kolbe. Tom. III. p. 51. Les Grecs l'appellent* Ασπαλαξ. *Les Espagnols*, TOPO. *Gesn. Aldrov. Les Italiens*, TALPA. *Gesn. Aldrov. Les Boulonnois*, TOPINARA. *Aldrov. Les Suisses*, SCHAR, *ou* SCHARMUS. *Gesn. Les Allemands*, MULWERF. *Gesn Aldrov.* MAUL-WURFF. *Rzac. Les Illyriens*, KRTICZE. *Gesn. Aldrov. Les Polonois*, KRET. *Rzac. Les Suédois*, MULLVAD. *Linn. Les Smolandois*, SURCK. *Linn. Les Flamands & les Hollandois*, MOLL, *ou* MOLLMUSS. *Gesn. Aldrov. Les Anglois*, MOLE, *ou* MOLDWRAP, *ou* WANT. *Raj. Gesn. Aldrov.*

Corporis longitudo, ab extremitate nasi ad caudæ exortum, 5 est circiter pollicum; capitis, ab extremitate nasi ad occipitium, $1\frac{1}{2}$ pollicis. Caudam habet brevissimam; oculos seminis *Millii* magnitudine, nigros, & sub pilis occultos; nasum 4 lineis ultra maxillam superiorem prominentem; crura brevissima; pedes anteriores posterioribus latiores, & ad humum fodiendum aptatos; in singulis pedibus digitos 5, validis unguibus munitos, præsertim in anticis pedibus. Per universum corpus vestitur pilis brevibus, densis, serici instar mollissimis, & nigricantibus. Habitat sub terra in agris, pratis & hortis.

** 2.

** 2. TALPA ALBA.

Talpa caudata, alba, pedibus anticis & posticis pentadactylis . . . LA TAUPE BLANCHE.

Talpa caudata. *Faun. Suec. Linn. no.* 17. Talpa coloris albi. *Raj. Syn. Quadr. p.* 236. Talpa nostras albi coloris. *Klein Quadr. p.* 60. Talpa alba nostras. *Seba Vol.* I. *p.* 51. *Fig. T.* 32. *F.* 1. (*Fig. bona*). Talpa alba. *Rzac. Auct. p.* 329. *Les Polonois l'appellent* KRET. *Rzac.*

Magnitudine & figura præcedentem æmulatur: ab ea autem differt colore, qui in toto corpore albus est. Habitat, ut illa, sub terra in agris, pratis, & hortis.

3. TALPA VARIEGATA.

Talpa caudata, ex albo & nigro variegata, pedibus anticis & posticis pentadactylis. . . . LA TAUPE VARIÉE.

Talpa caudata. *Faun. Suec. Linn. no* 17. Talpa maculata, Oost-frisia. *Klein. Quadr. p.* 60. *Seba Vol.* I. *p.* 68. *Fig. T.* 41. *F.* 4. (*Fig. bona*).

A præcedentibus differt magnitudine qua eas paululum antecellit, & colore, qui in toto corpore maculis albis & maculis nigris, marmoris in modum, variegatur.

Obs. Tres Talpæ præcedentes ejusdem speciei varietates mihi videntur.

4. TALPA VIRGINIANA.

Talpa caudata, nigricans, ex saturate purpureo mixta pedibus anticis & posticis pentadactylis. . . . LA TAUPE DE VIRGINIE.

Talpa caudata. *Faun. Suec. Linn. no.* 17. Talpa nigra Vir-

Virginiana. *Klein. Quadr. p.* 60. Talpa Virginianus niger. *Seba Vol.* I. *p.* 51. *Fig. T.* 32. *F.* 3. (*Fig. bona*).

Magnitudine & figura *Talpam vulgarem* æmulatur: ab ea tantum differt colore pilorum, qui nigricantes ſunt, ſplendentes, & ſaturate purpureo coruſcantes. Habitat in *Virginia.*

5. Talpa Americana rufa.

Talpa caudata, ex dilute cinereo rufa, pedibus anticis tridactylis, poſticis tetradactylis. . . . La Taupe rouge d'Amérique.

Talpa rubra Americana. *Klein. Quadr. p.* 60. *Seba Vol.* I. *p.* 51. *Fig. T.* 32. *F.* 2. (*Fig. bona*).

Magnitudine & figura corporis *Talpam vulgarem* æmulatur; ab ea autem differt figura pedum, quorum anteriores in 3 tantum fiſſi ſunt digitos, quorum exterior unguem gerit validiſſimum, longum, acutum, & parumper incurvum; medius minor, minore etiam ungue munitus eſt; interior vero minimus. Pedes poſteriores in 4 abeunt digitos æqualibus fere unguibus armatos. Per univerſum corpus veſtitur pilis ex dilute cinereo rufis. Habitat in *America.*

6. Talpa Siberica aurea.

Talpa ecaudata, ex viridi aurea, pedibus anticis tridactylis, poſticis tetradactylis. . . . La Taupe dorée de Siberie.

Talpa ecaudata. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 13. *ſp.* 2. Talpa Sibericus verſicolor, *Aſpalax* dictus. *Klein. Quadr. p.* 60. *Seba Vol.* I. *p.* 51. *Fig. T.* 32. *Mas F.* 4. *Fœmina F.* 5. (*Fig. bonis*).

Magnitudine *Talpam vulgarem* circiter æquat; ab ea

ea autem differt naſo multo breviore, caudæ defectu, & figura pedum pedibus præcedentis ſimilium. In toto corpore variis refulget coloribus, quos inter præcipue emicat ex viridi aureus. Habitat in *Siberia*.

ORDO XVIII.

QUADRUPEDA Dentibus inciſoribus in maxilla ſuperiore decem, in inferiore octo; & digitis unguiculatis donata.

Unico Genere, *Philandri* ſcilicet, hic Ordo, ſicut & præcedens, conſtituitur.

XLII. *Genus Philandri.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in maxilla ſuperiore decem, in inferiore octo:
In ſingulis pedibus digiti quinque unguiculati:
Pollex diſtinctus.

Obſ. 1. Omnes hujus Generis ſpecies caudam habent caudæ *Murinæ* æmulam, & longiſſimam, excepta ſpecie ultima, quæ breviſſima cauda donatur.

Obſ. 2. In maxilla ſuperiore 10 ſunt dentes inciſores, quorum 2 intermedii aliis ſunt majores; in maxilla inferiore octo tantum: præterea in utraque maxilla dentes canini plures utrinque, & deinde molares etiam plures utrinque, quorum variat numerus.

Obſ. 3. Pedes habent pedibus *Simiarum* ſimiles; *Simiarumque* inſtar ſuper calcanea incedunt. Unguibus acutis donantur.

** 1. PHILANDER. †

Philander ſaturate ſpadiceus in dorſo, in ventre flavus, maculis ſupra oculos flavis.... LE PHILANDRE.

Phi-

Philander, Opaſſum, ſeu Carigueia Braſilienſis. *Seba Vol.* I. *p.* 56. *Fig. T.* 36. *Mas F.* 1. *Fœmina F.* 2. *Pullus F.* 3. (*Fig. optimis*). Didelphis mammis intra abdomen. Poſſum. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 23. *ſp.* 1. Mus Marſupialis ſylveſtris Braſilienſis. *Klein. Quadr. p.* 59. Carigueya Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 182. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 222. (*Fig. mala*). Carigueya. *Jonſt. Quadr. p.* 94. *Fig. T.* 63. (*Fig. mala*). *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 323. (*Fig. mala*). Carigue, vel Sarigoy. *Jo. de Laet. p.* 82. Opaſſum *Jo. de Laet. p.* 82. Opoſſum. *Cat. App. p.* 29. Tlequatzin. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 73. (*Fig. ſat bona, ſi pilus brevior eſſet*). *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 156. (*Fig. ut ſupra*). *Hernand. Hiſt. Mex. p.* 330. Vulpes major putoria, cauda tereti & glabra. *Barr. Hiſt. Fr. Eq. p.* 166. Semivulpa. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 981. (*Fig. ficta*). (*n*). *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 90. (*Fig. eadem*). *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 58. (*Fig. eadem*). *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 223. (*Fig. etiam ficta*). Carigoy, vel Sarigoy Lerii. *Raj. Jonſt. Marcgr.* Jupatiima nonnullis. *Raj. Jonſt. Marcgr.* Manicou du P. Feuillée. *Klein. Les Portugais l'appellent* ROPOZA. *Raj. Les Anglois*, POSSUM. *Raj. Les François de la Guiane*, PUANT. *Barr. Les Guianois*, AOUARE'. *Barr.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum usque, 8 circiter eſt pollicum; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 3 pollicum; caudæ 1 pedis. Crura anteriora 3 pollices longa ſunt; poſteriora vero paulo plusquam 4 pollices. Roſtrum habet acuminatum; maxillam ſuperiorem ultra inferiorem paulo prominentem; parvos, rotundos, & lucidos oculos; auriculas longas, latas, glabras, ad tactum molliſſimas, tenuiſſimas & translucidas, *Vulpinarum* inſtar erectas; barbam *Felinam*, nigris conflatam ſetis, cujusmodi & in genis & ſupra oculos habentur. Cauda, ab exortu ad tertiam longitudinis partem, pilis obſita eſt; in reliqua longitudine

(*n*) Figuræ, quas hujus animalis dederunt *Geſnerus*, *Jonſtonus*, & *Aldrovandus*, nullo modo illud repræſentant, nec etiam ullum *Quadrupes* notum.

dine ſquamulis tegitur, caudamque *Murinam* æmulatur. Pili ſaturate ſpadicei partem corporis ſuperiorem obtegunt; qui vero oris ambitum, ventrem, & crura cooperiunt, ſunt flavi. Caput pilis fuſcis veſtitur, & ſupra utrumque oculum macula ineſt flava. Habitat in *America*.

Hujus ſpeciei fœmina in infimo ventre, prope crura poſteriora, ſacculum habet, cujus orificium 2½ pollices longum eſt, in quo mammæ includuntur, & in quo fœtus, poſtquam editi ſunt, recipit.

2. Philander Orientalis. †

Philander ſaturate fuſcus in dorſo, in ventre flavus, maculis ſupra oculos flavis. . . . Le Philandre Oriental.

Philander Orientalis. *Seba Vol.* I. *p.* 61. *Fig. T.* 38. *F.* 1. (*Fig. optima*). Mus Marſupialis. *Klein. Quadr. p.* 59. *Les Indiens l'appellent* Pelandor-Aroe; *ſelon Fr. Valentin. Seba.*

Omnium partium figura præcedenti ſimillimus eſt; ab eo autem differt magnitudine qua eum antecellit. Corporis enim longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum, 11 pollices circiter æquat; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 4 pollices; reliquæ partes ſervata proportione longæ ſunt. In parte corporis ſuperiore ſaturate fuſcus eſt; in inferiore flavus: & ſupra utrumque oculum macula eſt flava. Habitat in *India Orientali*.

Hujus ſpeciei fœmina, ſicut & præcedentis, in infimo ventre ſacculo donatur, in quo fœtus, poſtquam editi ſunt, recipit.

3. Philander Amboinensis. †

Philander atro ſpadiceus in dorſo, in ventre ex al-

bido cinereo flavicans, maculis ſupra oculos obſcure fuſcis.... Le Philandre d'Amboine.

Philander maximus Orientalis. *Seba Vol.* I. *p.* 64. *Fig. T.* 39. (*Fig. optima*). Didelphis mammis intra abdomen. Poſſum. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 23. *ſp.* 1. Mus Marſupialis maximus Orientalis. *Klein. Quadr. p.* 59. *On l'appelle à Amboine* Coes-Coes. *Seba.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ initium usque, 13 eſt circiter pollicum; capitis, ab extremitate roſtri ad occipitium, 4½ pollicum. Caudam habet longiſſimam, ſquamis rhomboïdeis in tota longitudine tectam; roſtrum valde elongatum; auriculas latas, & arrectas; barbam barbæ præcedentium æmulam. Pili partem corporis ſuperiorem tegentes, longi ſunt, ſetacei, atro ſpadicei; & ad ventris latera utrinque paulo dilutiorem acquirunt colorem: qui vero partem corporis inferiorem veſtiunt, ſunt ex albido cinereo flavicantes. Supra utrumque oculum macula eſt obſcure fuſca. Habitat in *Amboinenſi Inſula.*

Hujus ſpeciei fœmina, ſicut & præcedentium fœminæ, in infimo ventre ſacculo donatur, in quo fœtus recenter natos recipit.

Obſ. Utrum ſpecies ſequentes hujus Generis characterem habeant prorſus ignoro; eas nunquam vidi; auctoresque, qui earum deſcriptionem dederunt, nullam de numero dentium inciſorum mentionem fecerunt. Nullæ in infimo ventre ſacculum habent, ad fœtus recenter natos includendos, comparatum; in omnibus vero aliis, ſolo ſacculo excepto, cum præcedentibus ſpeciebus ſatis bene conveniunt. Forma capitis, roſtri, caudæ, & pedum in 5 digitos fiſſorum, pollice diſtincto, eſt fere eadem. Præterea, eodem fere modo victitant; ob quas rationes, eas in hoc Genere repoſui, usque dum exactis obſervationibus ipſarum characteris veram cognitionem habeamus.

4. Philander Brasiliensis. †

Philander pilis in exortu albis, in extremitate nigri-

gricantibus veſtitus. . . . Le Philandre du Brésil.

Taijbi Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 185. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 223. Mus Tlaquatzin, ſeu Taijbi Braſilienſibus. *Klein. Quadr. p.* 59. Tlaquatzin, ſeu Taijbi Braſilienſibus dicta. *Seba Vol.* I. *p.* 57. *Fig. T.* 36. *F* 4. (*Fig. bona*). Taijbi. *Jonſt. Quadr. p.* 95. *Les Portugais l'appellent* Cachorro domato. *Raj. Jonſt. Marcgr. Seba.* *Les Flamands*, Boschratte. *Raj. Marcgr.*

Corporis longitudo, ab occipitio ad caudæ exortum, 14 eſt digitorum. Os habet acutum; nigros & prominentes oculos; auriculas ſubrotundas, glabras, & tenuiſſimas; barbam barbæ *Felinæ* æmulam; caudam longiſſimam, ab exortu ad tertiam circiter longitudinis partem, pilis in exortu albis, in extremitate nigricantibus obſitam, reliqua longitudine ſquamulis tecta. Per univerſum corpus veſtitur pilis in exortu albis ſplendentibus, in extremitate nigricantibus, & magis quidem in dorſo, maxime tamen in cruribus. Habitat in *Braſilia.*

5. Philander Americanus. †

Philander ſaturate ſpadiceus in dorſo, in ventre dilute flavus, pedibus albicantibus.... Le Philandre d'Amérique.

Mus Scalopes. *Klein. Quadr. p.* 58. Mus ſylveſtris Americanus, *Scalopes* dictus. *Seba Vol.* I. *p.* 48. *Fig. T.* 31. *Mas F.* 1. *Fœmina F.* 2. (*Fig. bonis*). Scalopes. *Aldrov. Quadr. Dig. Viv. p.* 416. *Les Braſiliens l'appellent* Marmosa. *Seba.*

Magnitudine *Rattum* circiter æquat. Roſtrum habet elongatum, & in acumen deſinens; magnos & nigros oculos; auriculas latas, pendulas, raris-

que dumtaxat pilis obſitas. Promiſſus myſtax labium ſuperius ornat. Cauda eſt longiſſima, omnino pilis deſtituta, & in extremo ſpiraliter intorta. Superior corporis pars, & oculorum circumferentia ſunt ſaturate ſpadiceæ; venter autem cum fronte dilute flavus: pedes glabri ſunt & albicantes. Habitat in *America*.

6. Philander Africanus.

Philander ſaturate ſpadiceus in dorſo, in ventre ex albo flavicans, cauda ex ſaturate ſpadiceo maculata. ... Le Philandre d'Afrique.

Didelphis mammis extra abdomen. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 23. *ſp.* 2. Mus Africanus, *Kayopollin* dictus. *Klein. Quadr. p.* 58. *Seba Vol.* I. *p.* 49. *Fig. T.* 31. *F.* 3. (*Fig. bona*). Mus Indicus, dictus *Coyopollin. Charlet. Exerc. p.* 25. *n°.* 5. Animal caudimanum, ſeu Coyopollin. *Euſ. Nieremb. p.* 158. Coyopollin. *Jonſt. Quadr. p.* 118. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 10.

Magnitudine & figura præcedentem æmulatur; paulo tamen craſſius ejus caput eſt; ita & cauda tantillum craſſior & ex ſaturate ſpadiceo maculata. Auriculæ tenuiſſimæ ſunt & translucidæ. Corporis pars ſuperior ſaturate ſpadicea eſt; venter ex albo flavicans; cruraque & pedes albi. Habitat in *Africa*.

7. Philander Surinamensis.

Philander ex rufo helvus in dorſo, in ventre ex flavo albicans. ... Le Philandre de Surinam.

Didelphis mammis extra abdomen. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g* 23. *ſp.* 2. Mus ſylveſtris Americanus, catulos ſuos ſupra dorſum ferens. *Klein. Quadr. p.* 58. Mus ſeu ſorex ſylveſtris Americanus. *Seba Vol.* I. *p.* 49. *Fig. T.* 31. *Mas F.* 4. *Fœmina F.* 5. (*Fig. bonis*).

Magni-

Magnitudine, & figura præcedentes æmulatur. Mire lucidos habet oculos; auriculas nudas & rigidas; prolixam in labio ſuperiore barbam; & ſupra quemlibet oculum binas ſetas quaſi *Suillas;* caudam glabram, in extremo ſpiraliter intortam, maculis ſaturate ſpadiceis per totam longitudinem diſperſis, in mare tantum, non quidem in fœmina. Corporis pars ſuperior ex rufo helva eſt: venter, pedes, roſtrum, & frons ex flavo albicant: & oculorum ambitus eſt ſaturate fuſcus. Ungues omnes pedum anteriorum, ſicut & ungues pollicum pedum poſteriorum, breves ſunt & obtuſi, reliquis unguibus acutis. Habitat in *Surinamenſi Inſula.*

8. Philander capite crasso.

Philander ex rufo luteus in dorſo, in ventre ex flavo albicans, capite craſſo. . . . Le Philandre a grosse teste.

Didelphis mammis extra abdomen. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 23. *ſp.* 2. Mus Americanus major, agreſtis, capite grandi. *Klein. Quadr. p.* 58. Mus ſeu ſorex Americanus, major agreſtis, capite grandi. *Seba Vol.* I. *p.* 50. *Fig. T.* 31. *F.* 8. (*Fig. bona*).

Caput habet craſſum, latum, & albicans; auriculas ingentes & glabras; prolixam in labio ſuperiore barbam. Dorſum eſt ex rufo luteum: venter vero, cauda cruraque ſubtus ex flaxo albicant. Habitat in *America.*

9. Philander cauda brevi. †

Philander obſcure rufus in dorſo, in ventre helvus, cauda brevi & craſſa.... Le Philandre a courte queue.

Didelphis mammis extra abdomen. *Linn. Syſt. Nat. Ed.*

6. *g.* 23. *ſp.* 2. Mus ſylveſtris Americanus. *Seba Vol.* I. *p.* 50. *Fig. T.* 31. *F.* 6. (*Fig. bona*).

Magnitudine & figura *Philandrum Surinamenſem* æmulatur. Glabras habet auriculas; prolixam in labio ſuperiore barbam; & ſupra quemlibet oculum binas ſetas, quaſi *Suillas*; caudam brevem & craſſam; ungues omnes acutos. Obſcure rufus eſt in dorſo; in ventre vero helvus: roſtrum & frons ex flavo albicant; & oculorum ambitus eſt ſaturate fuſcus. Habitat in *America*.

CLASSIS II.

CETACEA.

REGNUM ANIMALE.

CLASSIS II.

CETACEA.

HORUM character eſt
Corpus nudum, elongatum:
Pinnæ carnoſæ:
Cauda horizontaliter plana.

Omnia hujus Claſſis Animalia in mari perpetuo degunt; nec unquam ſponte, & absque vitæ periculo, in ſiccum exeunt. Hæc, QUADRUPEDUM modo, *duos* habent in corde *ventriculos; pulmonibus* ſpirant; coëunt, *vivos* fœtus pariunt, eosque *lacte* alunt. Partium denique omnium internarum ſtructura & uſu cum illis conveniunt. Omnia fiſtula una, vel fiſtulis duabus, per quas aquam rejiciunt & efflant, in capite vel roſtro donantur.

Alia ſunt edentula: alia vero dentata. Edentula maxillam ſuperiorem habent laminis corneis utrinque inſtructam; quæ laminæ corneæ in maxilla inferiore oblique includuntur, ut *Balæna*. Dentata dentes habent vel in maxilla inferiore tantum, ut *Cetus;* vel in maxilla ſuperiore tantum, ut *Ceratodon;* vel in maxilla utraque, ut *Phyſeter*, *Delphinus*, &c.

In quatuor Ordines dividuntur.

In primo Ordine continentur ea quæ ſunt edentula.

In ſecundo, ea quæ ſunt dentata in maxilla inferiore tantum.

In tertio, ea quæ ſunt dentata in maxilla ſuperiore tantum.

In quarto denique ea quæ ſunt dentata in utraque maxilla.

Tabula Synoptica Cetaceorum.

Cetacea ſunt, vel
- Edentula... *Balæna.* 1... Ordo I.
- Dentata,
  - In maxilla inferiore tantum... *Cetus.* 2... Ordo II.
  - In maxilla ſuperiore tantum... *Ceratodon* 3... Ordo III.
  - In maxilla utraque... *Delphinus.* 4... Ordo IV.

ORDO I.

CETACEA edentula.

Unico Genere, *Balænæ* ſcilicet, hic Ordo conſtituitur.

I. *Genus Balænæ.*

Hujus character eſt
Dentes nulli:
Maxilla ſuperior laminis corneis utrinque inſtructa.

Obſ. Hujus Generis ſpecierum aliæ binas tantum habent pinnas laterales, utrinque unam; aliæ, præter iſtas laterales, tertiam habent in dorſo pinnam.

1. Balæna vulgaris Groenlandica.

Balæna bipinnis, in dorſo nigricans, in ventre alba, dorſo lævi.... La Baleine ordinaire de Groenland.

Balæna vulgaris edentula dorſo non pinnato. *Raj. Syn. Piſc. p. 6. A.* 1. Balæna major laminas corneas in ſuperiore maxilla habens, fiſtula donata, bipinnis. *Raj. Syn. Piſc. p.* 16. 7. *Sibbald. Obſ. p.* 28. Balæna fiſtula in medio capite, dorſo caudam verſus acuminato.

Art.

Art. Gen. Piſc. g. 48. *ſp.* 1. *Art. Synon. Piſc.* g. 48. *ſp.* 1. *Art. Deſcr. Piſc.* g. 48. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn.* n°. 264. Balæna fiſtula in medio capite, dorſo caudam verſus acuminato. Myſticetus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. g. 99. *ſp.* 1. Balæna vera Zorgdrageri. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 11. 1. Balæna Rondeletii, Geſneri & aliorum. *Will. Hiſt. Piſc. p.* 35. Balæna vulgo dicta, ſive Myſticetus Ariſtotelis, Muſculus Plinii. *Geſn. Piſc. Fig. p.* 132. (*Fig. mala*). Balæna vulgo dicta, ſive Muſculus. *Rondel. Piſc. Fig. p* 475. (*Fig. ut ſupra*). Balæna vulgo dicta. *Geſn. Icon. Aquat. Fig. p.* 167. (*Fig. eadem*). Balæna vulgi. *Aldrov. Piſc. p.* 688. *Fig. p.* 732. (*Fig. eadem*). *Jonſt. Piſc. p.* 152. *Muſ. Worm. p.* 281. Balæna vulgaris. *Charlet. Exerc. p.* 46. Baleine de Groenland. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* I. *p.* 198. *& Tom.* II. *p.* 78. *Fig p* 168. (*Fig. bonne*). *Les Eſpagnols l'appellent* VALLENA. *Geſn. Les Italiens*, BALENA; VALENA. *Geſn. Les Allemands*, WAL; WALLFISCH; WALLER. *Geſn. Les Suédois*, GROENLANDS HWALFISKEN. *Art.* GRONLANDS-WALFISK. *Linn. Les Danois*, SLICHTEBACK *ou* SANDHUAL. *Hiſt. d'Iſl. Les Groenlandois*, ARBACH. *Hiſt. d'Iſl. Les Iſlandois*, SLETTBARK. *Hiſt. d'Iſl. Les autres Habitans du Nord*, SLITBAKKER. *Hiſt. d'Iſl. Les Anglois*, WHALE, *ou* GREENLANDS-WHALE. *Art. Will.*

Omnium Animalium maxima eſt *Balæna*. Septuaginta pedum longitudinem vulgo attingit. (Secundum *Joannem Fabrum* ſunt quæ 100 pedes longitudine adæquant (*). Caput maximum eſt, ſiquidem tertiam totius animalis longitudinis partem obtinet. Dentibus omnino caret; ſed eorum loco, in maxilla ſuperiore tantum utrinque ſunt laminæ corneæ, quæ in maxilla inferiore, ſicut in vagina, oblique includuntur: quamobrem maxillam inferiorem ſuperiore multo latiorem habet. Laminæ autem illæ corneæ in anteriore oris parte, itemque in poſteriore, breviores ſunt, in media longiſſimæ, ut interdum 8 vel 10 pedum longitudinem adæquent. Laminæ etiam

(*) Raj. Syn. Piſc. p. 6.

etiam illæ tenuiore ſui parte, ſecundum earum longitudinem, appendicibus, ſetarum *Porcinarum* æmulis, augentur. Oculos habet oculis *Bovinis* non multo majores, & ſupra oris angulos collocatos. Auriculæ ei nullæ; ſed, cuticula capitis detracta, poſt & infra oculum macula inſpicitur nigra, eoque in loco meatus auditorius. In parte capitis ſuperiore, ſupra oculos, eminentia eſt quædam, e qua hinc inde exeunt fiſtulæ, quibus aquam rejicit & efflat. Linguam habet maximam, ſubſtantiæ mollis & ſpongioſæ, maxillæ inferiori firmiter adnexam, albicantem, & ad margines maculis nigris ornatam. Pinna nulla eſt in dorſo; binas tantum habet laterales (utrinque unam) poſt & paulo infra oris angulos ſitas, oſſibus intus firmatas, quæ *humanæ* manus modo in digitos expanduntur. Pinnæ illæ 10 circiter pedes longæ ſunt, & 3 latæ; quæ latitudo, verſus extremum procedendo, minuitur. Cauda horizontaliter plana eſt, & 20 circiter pedes lata. Cutis læviſſima, in ventre alba, in dorſo nigricans, & quibusdam in locis, præſertim in pinnis & cauda, ex albo & flavo, marmoris in modum, variegata. Mas penem habet 6 pedes longum, cujus diameter 7 aut 8 pollices attingit, quique in acumen diametri unius pollicis deſinit. Penis iſte in corpore ſub cute, ſicut in vagina, includitur. Fœmina vulvam habet vulvis *Quadrupedum* ſimilem, cujus orificium plerumque clauſum eſt; & in imo ventre mammas duas, quæ, dum pulli lacte aluntur, 6 aut 8 pollices craſſæ ſunt, earumque diameter 10 aut 12 pollices æquat. Habitat in *Mari Septentrionali*.

2. Balæna Islandica.

Balæna bipinnis, ex nigro candicans, dorſo lævi....
La Baleine d'Islande.

Balæna Glacialis. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 12. 3. Nord-Caper.

Caper. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* I. *p.* 199. & *Tom.* II. *p.* 91.

Figura ſua præcedentem æmulatur: ab ea tantum differt corpore graciliore, & capite & laminis corneis, maxillæ ſuperiori affixis, multo minoribus. Cutem habet lævem, & ex nigro candicantem. *Harengis* veſcitur. Habitat in mari, circa *Norvegiam*, & *Islandiam*.

3. Balæna Novæ Angliæ.

Balæna bipinnis, unico in dorſo gibbo.... La Baleine de la Nouvelle Angleterre.

Balæna gibbo unico prope caudam. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 12. 1. Pflockfiſch. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 101. *Les Anglois l'appellent* Bunch, *ou* Humpback-whale. *Klein. Hiſt. d'Iſl.*

A *Balæna Groenlandica* differt gibbo ſuo in dorſo, verſus caudam, ſito, unius pedis altitudine & capitis *humani* craſſitie. Binas habet pinnas laterales (utrinque unam) in medio fere corpore ſitas, 18 pedes longas, & candidiſſimas. Habitat in mari circa *Novam Angliam*.

4. Balæna sex in dorso gibbis.

Balæna bipinnis, ſex in dorſo gibbis.... La Baleine a six Bosses.

Balæna gibbis vel nodis ſex. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 13. 2. Knoten-Fiſch, ou Knobbel-Fiſch. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 102. *Les Anglois l'appellent* Scragwhale. *Klein. Hiſt. d'Iſl.*

Figura ſua *Balænam Groenlandicam* imitatur: ab ea tantum differt quod laminas habeat corneas albas, ſexque in dorſo gibbos.

5. Ba-

5. BALÆNA PINNA IN DORSO MUCRONATA.

Balæna tripinnis, ventre lævi.... LE GIBBAR.

Balæna edentula corpore ſtrictiore, dorſo pinnato. *Raj. Syn. Piſc. p.* 9 2. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 13. 1. *a.* Balæna fiſtula in medio capite, tubere pinniformi in extremo dorſo. *Art. Gen. Piſc. g.* 48. *ſp.* 2. *Art. Synon. Piſc. g.* 48. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. nº.* 265. Balæna fiſtula in medio capite, tubere pinniformi in extremo dorſo. Phyſalus. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 99. *ſp.* 2. Balæna vera. *Rondel. Piſc. Fig. p.* 482. (*Fig. mala*). Balæna vera Rondeletii. *Geſn. Piſc. Fig. p.* 135. (*Fig ut ſupra*). *Geſn. Icon. Aquat. Fig. p.* 166. (*Fig. eadem*). *Aldrov. Piſc. Fig. p.* 677. (*Fig. eadem*). Balæna vera Rondeletii, Geſn. *Will. Hiſt. Piſc. p.* 38. Phyſeter vererum. *Raj. Art.* Gibbar, ou Finfiſch. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 92. *Fig. p.* 168. (*Fig bonne*). *Les Xaintongeois l'appellent* GIBBAR. *Rondel. Geſn. Hiſt. d'Iſl. Les Grecs,* φάλαινα. *Geſn. Les Suédois,* FINN-FISK. *Linn. Les Anglois,* FINFISH. *Raj. Art.* FINBAK-WHALE. *Klein.*

Balænæ Groenlandicæ longitudine par eſt; verum craſſitie multo minor, & corpus ipſius gracilius eſt. Ab ea facilius adhuc dignoſcitur ex pinna recta & acuta, 3 aut 4 pedes longa, dorſo innaſcente non longe a cauda. Pinnæ laterales 6 aut 7 pedes longæ ſunt. In parte capitis ſuperiore duplex eſt fiſtula, per quam vehementer aquam rejicit & efflat. Maxillæ ſuperiori innaſcuntur laminæ corneæ quam in *Balæna Groenlandica* breviores, & coloris cœrulei. Cutis ei lævis eſt, in dorſo fuſca, in ventre alba. Oris rictum habet multo ampliorem quam *Balæna vulgaris*. *Harengis*, *Scombris*, aliisque *Piſcibus* vescitur. In *India* & *Novo Orbe* frequens.

6. BALÆNA ROSTRO ROTUNDO.

Balæna tripinnis, ventre rugoſo, roſtro rotundo.... LA BALEINE A MUSEAU ROND.

Balæna tripinnis, maxillam inferiorem rotundam, & ſupe-

periore multo latiorem habens. *Raj. Syn. Piſc. p.* 17. 9. *Sibbald. Obſ. p.* 33. *Fig. T.* 3. (*Fig. ſat bona*). Balæna fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Art. Gen. Piſc. g.* 48. *ſp.* 4. *Art. Synon. Piſc. g.* 48. *ſp.* 4. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 99. *ſp.* 3. Balæna Bellonii. *Aldrov. Piſc. Fig. p.* 676. (*Fig. mala*). Balæna. *Bell. Aquat. p.* 4. *Fig. p.* 6. (*Fig. ut ſupra*). Balène. *Bell. des Poiſ. p.* 4. *Fig. p.* 5. (*Fig. mauv.*)

Illius, cujus deſcriptionem dedit *Sibbaldus*, longitudo 78 pedes æquat: ambitus corporis 35 pedes ſuperat. Maxilla inferior multo latior eſt & amplior ſuperiore, figuræ ſemicircularis, & 13 pedes cum 2½ pollicibus longa: ſuperior vero anguſtior, & verſus partem extremam contractior, in acutum deſinit. Rictus autem ipſius tantus eſt, ut in ejus ore uno eodemque tempore 14 *homines* ſtare poſſint. Lingua 15 pedes & 7½ pollices longa, & qua parte latiſſima 15 quoque pedes æquat, ſubſtantiaque molliſſima conſtat. Totum palatum nigris contectum eſt ſetis, quæ ſupra linguam pendent: laminæ corneæ nigræ ſunt & breves; longiores enim 3 tantum pedes æquant. Duæ ſunt in fronte fiſtulæ, quibus aquam rejicit & efflat, figuræ ad pyramidalem accedentis, cujus baſis verſus frontem vertitur. Oculi paulo ſupra oris angulos ſiti ſunt, & ab eis ad roſtri extremitatem diſtantia eſt 13 pedum & 2 pollicum. Pinnæ laterales 10 pedes longæ, qua parte latiſſimæ 2½ pedes æquant, & verſus extremum 3 tantum pollices latæ. Ab eis ad oris hiatum diſtantia eſt 6 pedum & 5 pollicum. Pinna dorſalis verſus caudam ſita eſt, tresque circiter pedes longa, & duos lata. Cauda 18½ pedes latitudine attingit. Penis, qui paulo infra umbilicum pendet, 5 pedes longus, in exortu 4 pedes in ambitu obtinet, ſenſimque ad extremum anguſtius vergit. Ad 5 pedes ſub pene anus ſitus eſt; rima autem ejus unum pedem longa. A maxilla inferiore ad umbilicum venter plenus eſt plicis ſeu rugis, quæ in latitu-

tudine 2 pollices obtinent, & pars eminens & pars cava æquales ſunt, ejusdemque menſuræ. Cutis eſt in dorſo nigra, in ventre alba. *Harengis* victitat hæc ſpecies.

7. Balæna rostro acuto.

Balæna tripinnis, ventre rugoſo, roſtro acuto. . . .
La Baleine a museau pointu.

Balæna tripinnis, nares habens, cum roſtro acuto, & plicis in ventre. *Raj. Syn. Piſc. p.* 16. 8. *Sibbald. Obſ. p.* 29. *Fig. T.* 1. *Lit. D.* (*Fig. ſat bona*). Balæna fiſtula duplici in roſtro, protuberantia cornuiformi, in extremo dorſo. *Art. Gen. Piſc. g.* 48. *ſp.* 3. *Art. Synon. Piſc. g.* 48 *ſp.* 3. An Balæna *Tigridis* inſtar variegata? *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 16.

Junioris hujus ſpeciei deſcriptionem dedit *Sibbaldus*. Ab extremitate roſtri ad caudam 46 pedes longa eſt. Ambitus corporis juxta pinnas laterales, qua parte craſſiſſimi, 20 pedum eſt, & 12 tantum pedum juxta pinnam dorſalem menſuratus. Caput eſt oblongum, ſenſim ad anguſtiam quamdam, ſecundum roſtri longitudinem, inclinans: roſtrum autem figuræ inter acutum & obtuſum mediæ. Maxilla inferior circa medium 4½ pedes lata: oris rictus 10 pedes longus, & 4 pedes cum 2 pollicibus latus: lingua, licet contracta, 5 pedes longa, verſus radicem 3 pedes lata, & paris fere cum latitudine craſſitiei, ſubſtantia, colore, & figura plane *Bovinæ* ſimilis. In parte roſtri altiore duæ ſunt fiſtulæ, quibus aquam rejicit, ab extremitate maxillæ ſuperioris intervallo 6 pedum & 8 pollicum diſtantes. Oculi *Bovinis* fere magnitudine pares videntur, nec procul ab oris angulis collocantur. Tres ei ſunt pinnæ, duæ laterales, unaque dorſalis: pinnæ laterales, utrinque in pectore ſitæ, & 5 pedes ab oculis diſtantes, 5 pedes longæ ſunt, & 1½ pedem latæ: pinna vero dorſalis 8½ pedes a cauda diſtat, cornu-

que

que fat bene imitatur. Cauda 9½ pedes lata. Penis, ad 5½ pedes infra umbilicum ſitus, pedes 2 in longitudine vix attingit. Infra eum ad 3 pedum diſtantiam poſitus eſt anus, cujus apertura pedem dimidium æquat, & ab extremo caudæ 14 ped. diſtat. A maxilla inferiore ad umbilicum, & usque ad pinnas laterales, permultæ ſunt in ventre plicæ ſive rugæ longitudinales unum pollicem latæ; & ſulcorum inter has latitudo & profunditas pollice minores. Cutis eſt læviſſima, in dorſo nigra & nitidiſſima, in ventre alba.

ORDO II.

CETACEA Dentata in maxilla inferiore tantum.

Genus *Ceti* unicum eſt ad hunc Ordinem conſtituendum.

II. *Genus Ceti.*

Hujus character eſt
Dentes in maxilla inferiore tantum:
Alveoli in maxilla ſuperiore, ad dentes inferioris includendos aptati.

Obſ. Hujus Generis ſpecierum aliæ binas tantum habent pinnas laterales, utrinque unam; aliæ, præter iſtas laterales, tertiam habent in dorſo.

1. CETUS.

Cetus bipinnis, ſupra niger, infra albicans, fiſtulæ in cervice, dorſo lævi.... LE CACHALOT.

Cetus dentatus. *Muſ. Worm. p.* 280. *Charlet. Exerc. p.* 47. Cete, Potwalfish, Batavis maris accolis dictum,

Cluſii Exot. *Raj. Syn. Piſc. p.* 11. 4. Cete Cluſio deſcriptum, Potwalfish, Batavis maris accolis dictum. *Will. Hiſt. Piſc. p.* 41. *Fig. T. A.* 1. *F.* 3. (*Fig. bona*). Cete. Cluſii Exot. Lib. VI. Raji, Willughbeji, & aliorum. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 14. 1. Aliud Cete admirabile. *Cluſ. Exot. Fig. p* 131. (*Fig. ſat bona*). Balæna major, in inferiore tantum maxilla dentata, macrocephala, bipinnis. *Raj. Syn. Piſc. p.* 15. 3. *Sibbald. Obſ. p.* 12. Balæna. *Jonſt. Piſc. p.* 151. *Fig. T.* 41. & 42. (*Fig. bonis*). Catodon fiſtula in cervice. *Art. Gen. Piſc. g.* 50. *ſp.* 2. *Art. Synon. Piſc. g.* 50. *ſp.* 2. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 97. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn. n°.* 262. Aquatile ingens. *Euſ. Nieremb. Fig. p.* 263. (*Fig. bona*). Cachelot, ſive Potfish, Zorgdrageri. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 14. 2. Cachalot. *Hiſt. d'Iſl & de Gr. T.* II *p.* 116. *Les Hollandois l'appellent* POTWALFISH. *Klein. Hiſt. d'Iſl.* CAZILOT, *ou* POTFISCH; & *quelques-uns*, NORD-CAPER. *Hiſt. d'Iſl.*

Cetus a *Cluſio* deſcriptus 52 aut 53 pedum longitudinem attingit. (Sunt qui 80 pedum longitudinem æquant, craſſitie proportionata). 31 circiter pedes in ambitu corporis obtinet. Caput habet craſſiſſimum, & roſtri *Bovini* inſtar anterius compreſſum. Maxilla ſuperior, ab ipſius extremitate ad oculos usque, 15 pedes longa eſt; maxilla vero inferior 7 tantum pedes longa, in cujus ambitu plurimi ſunt dentes carpi humani craſſitie, qui e gingivis ad 2 vel 3 pollicum longitudinem exerti ſunt. Maxilla ſuperior totidem habet alveolos carneos, in quibus dentes inferioris excipit. In cervice, verſus dorſum, fiſtula eſt; per hujus foramen circiter 3 pedes amplum, aquam in altum ejicit. Oculos habet 7 aut 8 pollices longos; pinnas laterales duas (utrinque unam) 4 pedum intervallo ab oculis diſtantes, 4 pedes & 4 pollices longas, uniusque fere pedis craſſitiei. Ab umbilico ad maxillas diſtantia eſt 16 pedum: ad 3 pedes infra umbilicum penis eſt 6 pedes longus; & infra penem ad 3½ pedum diſtan-

tantiam anus est collocatus: cauda vero crassissima, 13 pedes lata, 13½ pedes ab ano distat. Cutis est in dorso nigra, in ventre alba.

2. Cetus albicans.

Cetus bipinnis, ex albo flavescens, fistula in cervice, dorso lævi. . . . Le Cachalot blanc.

Balæna albicans. *Klein. Pisc. Mis* 2. *p.* 12. 2. Albus Piscis Cetaceus. *Raj. Syn. Pisc. p.* 11. 5. White-Fish, Frederici Martens. *Raj Klein.* Wittfisch, ou Weisfisch. *Hist. d'Isl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 148.

Corporis longitudo 15 est aut 16 pedum. Figura sua *Balænam vulgarem* imitatur; capite tamen acutiore donatur. Dentes habet parumper incurvos, compressos, apice rotundatos; eminentiam quamdam in cervice, & fistulam, per quam aquam ejicit; pinnam in dorso nullam, duas vero laterales, utrinque unam, pro mole corporis, satis longam; caudam caudæ *Balænæ vulgaris* æmulam. Cutis ex albo flavescit. Habitat in *Freto Davis;* in *Freto Meridionali, Sud-Bucht* vocato, frequens.

3. Cetus Novæ Angliæ.

Cetus bipinnis, fistula in cervice, dorso gibboso. . . . Le Cachalot de la Nouvelle Angleterre.

Balæna Dudleji, dorso gibbo. *Klein. Pisc. Mis.* 2. *p.* 15. Cachalot des côtes de la Nouvelle Angleterre. *Hist. d'Isl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 127. Cachalot. *Hist. de l'Acad. ann.* 1741. *p.* 26. *Les Anglois l'appellent* Sperma Ceti-Whale. *Hist. d'Isl. Dans les Bermudes il porte le nom de* Trumpo. *Hist. d'Isl.*

Corporis longitudo 60 aut 70 pedes æquat; crassities 30 aut 40 pedes. Caput est prægrande, &

mediam fere corporis longitudinem attingit. Maxilla ſuperior inferiore multo craſſior eſt, & latiſſima circa roſtrum, cujus extremitas, roſtri *Tauri* inſtar, anterius compreſſa eſt. Plurimi ſunt in maxilla inferiore dentes, carpi humani craſſitie, circiter ½ pede a ſe invicem diſtantes: maxilla autem ſuperior totidem habet alveolos carneos, in quibus prædicti dentes excipiuntur. Oculos habet, pro mole corporis, exiguos; fiſtulam in cervice, cujus diameter ſaltem 1 pedem æquat, & per quam aquam rejicit & efflat; binas tantum pinnas laterales, utrinque unam; & loco pinnæ dorſalis, gibbum habet unum pedem craſſitie ſuperantem. Cutis eſt ad tactum molliſſima, & ex cinereo nigricans. Habitat in mari; circa *Novam Angliam* frequens.

4. CETUS MINOR.

Cetus bipinnis, fiſtula in roſtro. . . . LE PETIT CACHALOT.

Balæna minor, in inferiore maxilla tantum dentata, ſine pinna, aut ſpina in dorſo. *Raj. Syn. Piſc. p.* 15. 2. *Sibbald Obſ. p.* 9. Catodon fiſtula in roſtro. *Art. Gen. Piſc. g.* 50. *ſp.* 1. *Art. Syn. Piſc. g.* 50. *ſp.* 1. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 97. *ſp.* 1.

Longitudo corporis 24 pedes æquat. Caput habet rotundum, cum rictu oris parvo; dentes in maxilla inferiore tantum; in ſuperiore autem alveolos, pro dentibus maxillæ inferioris recipiendis: hi autem dentes in planum ſupra deſinunt, & ad dimidium tantum pollicis unius extra gingivas extant. Fiſtulam habet in roſtro, per quam aquam ejicit. Pinna dorſali caret; duabus tantum lateralibus, utrinque una, donatur.

5. CE-

5. Cetus dentibus acutis.

Cetus tripinnis, dentibus acutis, rectis.... Le Cachalot a dents pointuës.

Deuxième eſpèce de Cachalot. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 139.

Longitudo illius, cujus deſcriptionem dedit *D. Anderſonius*, *Hiſt. d'Iſl. & de Gro.* 70 pedes æquat. (Sunt qui 80 ad 100 pedes longitudine attingunt). Caput eſt maximum, & mediam fere corporis longitudinem attingit. Maxilla inferior ſuperiore multo minor eſt, & in illa omnino includitur. In maxilla inferiore dentes ſunt craſſi, recti, in apice acuti, æqualiter a ſe invicem diſtantes, *Serræ* dentium inſtar; in maxilla ſuperiore vero totidem ſunt alveoli, ad excipiendos inferioris maxillæ dentes comparati. Oculos habet valde exiguos, ſplendentes & flavicantes; linguam parvam & acutam; in parte capitis anteriore & altiore fiſtulam, per quam aquam in altum ejicit; pinnas duas laterales, utrinque unam, 1½ pedem longam, & præter iſtas, tertiam in dorſo verſus caudam, & gibbum altiſſimum in parte ſuperiore dorſi. Cutis eſt læviſſima, in dorſo nigricans, in ventre candicans.

6. Cetus dentibus falciformibus.

Cetus tripinnis, dentibus acutis, arcuatis, falciformibus.... Le Cachalot a dents en faucilles.

Balæna major, in inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis, falciformibus, pinnam ſeu ſpinam in dorſo habens. *Raj. Syn. Piſc. p.* 15. 4. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 15. 1. *Sibbald. Obſ. p.* 13. *Fig. T.* 1. *Lit. A.* (*Fig. mala*). Phyſeter maxilla ſuperiore longiore, ſpina longa in dorſo. *Art. Gen. Piſc. g.* 46. *ſp.* 1. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 101. *ſp.* 1. Phy-

ſeter maxilla ſuperiore longiore, pinna longa in dorſ. *Art. Syn. Piſc. g.* 46. *ſp.* 1. Troiſième eſpèce de Cachalot. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 142.

Corporis longitudo quandoque 70 pedes attingit. Caput tantæ molis eſt, ut, dempta cauda, totius corporis mediam longitudinem habeat, & craſſitie reliquam corporis partem, etiam qua craſſiſſimam, ſuperet. In maxilla inferiore, quæ ſuperiore paulo brevior eſt, dentes ſunt rotundi, parumper compreſſi, arcuati, & falciformes, in media longitudine craſſiores & magis arcuati, & ſenſim de craſſitie remittentes; ſuperius in conum acutum, intus verſum, deſinentes, inferius etiam craſſitie immuniti, in radicem tenuiorem & quam in medio anguſtiorem abeunt. In maxilla ſuperiore totidem ſunt alveoli quot ſunt dentes in inferiore, ad iſtos dentes excipiendos comparati. Oculi ſunt perexigui. Parum ſupra roſtrum medium fiſtula eſt, per quam aquam in altum ejicit. Binas habet pinnas laterales (utrinque unam) 4 circiter pedes longas, & præter iſtas, tertiam in dorſo ſatis longam, & in acutum deſinentem: (unde *Spinæ* nomen). Cutis eſt læviſſima, & ex fuſco nigricans. Mas penem habet 6 pedes longum, & 20 circiter pedes a mandibulis diſtantem: a pene ad podicem trium plus minus pedum diſtantia eſt: a podice ad caudam diſtantia 14 pedum: caudæ extrema a ſe invicem 9 pedes diſtant.

7. Cetus dentibus in planum desinentibus.

Cetus tripinnis, dentibus in planum deſinentibus.... Le Cachalot a dents plattes.

Balæna macrocephala tripinnis, quæ in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos, & in planum deſinentes. *Raj. Syn. Piſc. p.* 16. 5. *Sibbald. Obſ. p.* 18.

Phy-

Phyſeter pinna dorſi altiſſima, apice dentium plano. *Art. Gen. Piſc. g.* 46. *ſp.* 2. *Art. Syn. Piſc. g.* 46. *ſp.* 2. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 101. *ſp.* 2. Mular Nierembergii. *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 15. 2. *a.* Piſcis Mularis. *Euſ. Nieremb. p.* 265. Cachalot à petites dents groſſes & applaties. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 117.

Corporis longitudo quandoque 100 pedes ſuperat. Figura ſua præcedentem imitatur, ab eo autem differt figura dentium, qui minus ſunt in medio inflexi, & in planum deſinunt. Fiſtulam habet in fronte, per quam aquam rejicit & efflat; pinnas duas laterales, & præter illas, tertiam in medio fere dorſo, quam gerit erectam, quæque arbori navis, a Nautis *Mât de Mizéne* dictæ, comparatur. Habitat in mari; frequens circa *Caput Septentrionale*, & circa *Finmarchiam*.

ORDO III.

CETACEA Dentata in maxilla ſuperiore tantum.

In hoc Ordine, ſicut in duobus præcedentibus, unicum continetur Genus, ſcilicet *Ceratodontis*.

III. *Genus Ceratodontis.*

Hujus character eſt
In maxilla ſuperiore tantum dentes duo longiſſimi, recti, antrorſum prominentes.

* I. CERATODON.

LE NARHVAL.

Narhwal, *Klein. Piſc. Miſ.* 2. *p.* 18. *Fig. T.* 2. *Lit. C.*

(*Fig. bona*). Monoceros Piſcis e Genere Cetaceo. *Raj. Syn. Piſc. p.* 11. 6. Monoceros Piſcis qui de Genere Cetaceo eſſe fertur. *Will. Hiſt. Piſc. p.* 42. *Fig. T. A.* 2. (*Fig. mala*) *& cranium cum dente eâdem Tab.* (*Fig. bona*). Monoceros. Unicornu. *Linn. Syſt. Nat. Ed.* 6. *g.* 98. *ſp.* 1. Monoceros, Unicornu Marinum. *Charlet. Exerc. p.* 47. Unicornu Marinum. *Muſ. Worm. Fig. p.* 282. (*Fig. mala*). *& cranium Fig. p.* 283. *&* 284. (*Fig ſat bonis*). Monodon. *Art. Gen. Piſc. g.* 49. *ſp.* 1. *Art. Synon. Piſc. g.* 49. *ſp.* 1. *Faun. Suec. Linn. n°.* 263. Licorne de mer. *Hiſt. d'Iſl. & de Gr. Tom.* II. *p.* 102. *Fig. p.* 108. (*Fig. bonne*). *Les Suédois l'appellent* Enhorning. *Linn. Les Iſlandois*, Narhwal. *Raj. Will. Art. Les Septentrionaux*, Narhval. *Charlet. Les Groenlandois*, Towack. *Hiſt. d'Iſl.*

